D. 158

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

~~Ere~~
~~Ø 158~~


KW 224
C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48



Joan. Daniel Becker. Lugduni Batav.
Kal. Nouembr. cIↃ IↃCXXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Koninklijke Bibliotheek te s Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

TYPOGRAPHI LECTORI S.

HABES, amice Lector, in hoc libello præſtantiſſimorum aliquot virorum de rebus Turcicis commentationes, partim integras, partim carptim prout inſtituti noſtri ratio poſcere videbatur, ſtudioſe è majoribus operibus excerptas; uti ſperemus te nihil in hac materia hic jure deſideraturum. Erat initio nobis propoſitum, tibi Perſica juxta cum Turcicis dare ob materiæ affinitatem; ſed animadvertentes, libellum hunc per ſe juſtæ eſſe magnitudinis, conſultius viſum Perſicarum rerum tractationem in proximum commenta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

rium rejicere, idque eo lubentius, quia propediem à viro præſtantiſſimo, & qui cum dignitate in illo Imperio jam aliquot annos fuit verſatus, expectamus pleniorem Perſicarum rerum explicationem, quam hactenus Latinis literis proditam te nunquam vidiſſe, certo confidimus: quam te expectare, & hoc Turcico commentario frui interim, atque induſtriæ noſtræ atque operæ favere, beneque valere optamus.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

CONTENTA
hujus libelli.

I.

RERVM *Turcicarum commentarius:* authore Ioan. Bapt. Montalbano, Bononienſi, Phil. & Iur. V. D. Pag. 1

II.

Imperii Turcici deſcriptio; per anonymum, apud Honor. 99

III.

De urbe Conſtantinopoli, & Imperio Turcico; relatio incerti apud Honorium. 115

IV.

Diſſertatio, Turcicum Imperium, etſi tyrannicum, inſuperabile ac perdurabile videri, ex eodem Ph. Honorio. 151

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

V.

Horatii Malaguzzi de Turcici Imperii cum aliis monarchiis comparati magnitudine diſſertatio. 160

VI.

Ritus ſepeliendi apud Servianos, itemque nubendi; excerpta ex Busbequii V. C. epiſtolis. 167

VII.

De variis Monetis. Quid Manguri, Aſpri, Siderocapſia, Hyperpyra, Hyperpyrarii, Drama, Scachi, Sultanini, Seraphini, Byzantii, Chryſini, Altumler. Aegyptiæ Syriacæque monetæ ratio. excerpta è Leonclavii Pandecte. 183

VIII.

Anni, menſium, dierum apud Turcas ratio, & appellationes. 192

IX. No-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

IX.

Notitia Beglerbegatuum totius Oſmanidarum Imperii, quos hodie poſſident. 197

X.

De militaribus copiis Turcicis; excerpta è libro Lazari Soranzi, patritii Veneti. 226

XI.

Series Imperatorum Turcicorum; ex annalibus Turcicis à Leonclavio editis, atque aliis ſcriptoribus. 274

XII.

Ex Politeia regia. 284

SVM-

Svmma Privilegii.

ILluſtrium & Præpotentium D.D. O
dinum fœderatarum Belgiæ provinci
rum decreto cautum eſt Bonaventur
& Abrahamo Elzeviriis, *Academiæ Le*
denſis typographis, Ne quis præter illoru
aut hæredum voluntatem toto decenn
proximo, his in regionibus excudat, a
alibi extra provincias excuſum infera
vendatve librum hunc, cui titulus
Turcici Imperii ſtatus, ſeu diſcurſus va
rii de rebus Turcarum. *Quod ſi qu*
contempta auctoritate, directe vel in
directe, librum hunc, totum, vel parte
ejus, hoc ſive alio modo, extra dictu
temporis intervallum typis mandare, ve
impreſſum alibi in has oras inferre
vendere præſumpſerit; confiſcatione ex
emplarium, mulctaque inſuper ſexcento
rum florenorum damnas eſto; uti latiu
patet in ipſo privilegio, dato Hagæ i
conventu D. D. Ordinum Generalium
XV *Maji,* MDCXXVI.

G. V. Hertevelt V[t].

Ad mandatum Præpotentium D. D
Ordinum General. ſſ.

I. van Goch.

I.

RERVM TVRCICARVM COMMENTARIVS:

Authore

IOAN. BAPTISTA MONtalbano, Bononienſe, Phil. & Iur. V.D.

Turciæ fines.

TVRCIA omnis ab Italia, Germania, Polonia, Moſcovitis, Tartaris, Perſis, Indis, Abyſſinis, ac per univerſam Africæ oram ad Gades fere, à Lybia interius, & ab Hiſpania Galliave exterius; Hadriatico mari, Alpibus; mutuo metu; magnis fluminibus, Boryſthene ſcilicet, ac Tanai; ſylvis, paludibus, continuis montibus, Hyrcano mari, vaſtis plagis, patentibus arenarum campis, inviis deſertis, mediterraneoque iterum, ſeparatur: cætera rubrum mare & oceanus ambit; Arabicos ſinus, & immenſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

terrarum ſpacia complectens; iis contermina gentibus, in quas Luſitanorum ſæculi ſuperioris audacia felix aditum ſibi & imperium aperuit. Ad octies mille paſſuum millia à Venetis uſque ad Gades ejus imperii littora per Hadriaticum, Aegæum ab Europa, Euxinum & rurſus Aegæum ab Aſia, Ionium ac reliqua mediterranei, ſe ſe effundũt. Nec minor terreſtris per ſupradictas regiones eſt ambitus. Medium quod jacet omne, continuo indiſcretoque curſu, dominos agnoſcit ſolum Turcas, & experitur. Longum nimis fortaſſe foret Imperii tanti regna, provincias, populos, urbes, inſulas, & ſimilia referre. Id tantum dicam: Excepta Italia, Gallia, Hiſpania, Germania, & Sarmatis, cum exigua Hungariæ Græciæque parte, terrarum omne Romanis olim ſubjectum, hodie in Turcarum ditionem, noſtra omnium fatali ignavia, conceſſiſſe, aliquibus inſuper provinciis populiſque adjectis, qui Romanorum Imperio expertes nihil ultra ipſorum arma novere. At vero, unde originem duxerint Turcæ, aut quomodo per diſcordias Chriſtianorum in immenſum creverint, ut notiſſimum arbitror; ita ſermoni huic alienum puto, quo ipſorum

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

rum Imperii formam tantum, & artes, gentium mores, & inſtituta, triſtemque Chriſtianorum eorum conditionem quos eidem Turcarum tyrannidi rerum humanarum caſus manciparunt, quam potis eſt, breviter enarrare decrevi.

Sedes Imperatoris Turcarum.

Non facile foret, omnia ſingulave referre: in cæteris majora de abſentibus credi permitterem; de iſtis famam longe vero minorem experientia docet. Stat vaſta ea moles Imperii ſuis fulta fundamentis, non ad conſervationem tantum ſuffuturis, ſed etiam ad quodvis ingens incrementum ſuperaturis; lege ſcilicet, armis, & pecunia. Imperator ea in urbe ſedet, qua duas Orbis terrarum provincias integras, Aſiam videlicet Europamque, modico ſpatio velut ſub jugo coërcet, quo ſubditis facillimum iter undique terra marique patet, hoſtibuſque parvo conatu difficile redditur; non tam amœno & fertili loco, quam ſalubri; navigantibus, peregrinis, ad omnia commeatuum genera, gentes, auxiliaque, excipienda aut emittenda opportuno; ut non minus talem eo ab Imperio urbem requiri, quam ejuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

modi Imperium eidem urbi conveni-re videatur. Non mirum igitur, ſi & apud antiquos ſcriptores Byzantium celebre, adultiſque Romanorum rebus, pro Imperii ſede quæſitum fuerit. Cæterum, Imperator non minus immenſis exercituum ſuffultus copiis, quam conſulentium diſtinctis & obſequentium innumeris cœtibus innixus, Majeſtatem vi potius quam jure tuetur, eximium in ipſa barbarie ordinem ſervans: quod ſi conſentanea viribus conſilia adeſſent, nobis aliter deſudandum eſſe dubitarem. Videre videbar ea, quæ de Romanorum Imperio ſcriptores prodidere, cuncta ſcilicet unius arbitrio permiſſa, vires immenſas, nec quovis adverſo caſu tam facile defuturas, pacem ſævam, cruenta bella, intolerandas in ſubditos extorſiones, atque eadem penitus debacchantia vitia; quibus diverſo tantum nomine non minus in hanc vaſtitatem excreviſſe Imperium iſtud, quam (ſi congrua adſint) eodem & caſu ruere poſſe demonſtretur.

Imperatoris Turcarum poteſtas.

OMnium unus arbiter & dominus eſt Imperator, poteſtati par otium habens; viſu difficilis, egreſſuque juxta rarus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

rarus, & gravis; unde vitiorum latebræ, ac major tanquam ex longinquo reverentia; & ob præcipites mandatorum executiones arcanus terror, ſanctaque ignorantia quid ſit illud quod ſola reverentia vident. Onera Imperii penes Vezirium ſupremum; cætera per Divan, hoc eſt, per Senatum adminiſtrantur. Dominus ipſe, ne habeant quem ſequantur, vel ne revereantur imprudentes ab eo diffidere, nullam in Conſilio ſententiam profert, ſed velo tantum diſcretus, quod viſum adimat, aditum non interdicat, ſilentio triſti Conſulentes obſervat. Si quid inconſultum vel adverſum accidit, alicujus ſanguine ſæpius piatur. Ea eſt imperandi conditio, ut uni ſoli tantum ratio reddatur; Reliquus quiſque propriis interrupta ſerie muneribus fungitur.

Militia Turcica.

JAnizerorum turba ingens. Velut Prætoriani Dominum cuſtodiunt, Præfectum, & ſtationes, caſtrorum inſtar ſortiti; Immenſum corpus, & ipſi Imperatori, ne dum cæteris, grave: quorum libitu munera dare, aliaque multa gerere cogitur; ſed cum ſit poteſtatis illius fulcimen unicum, ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

hæc ob neceſſitatem, familiaria velut ac minota, tolerantur. Sic Spaiorum equitibus priſcis ſimilium catervæ comitantes eumdem. Sic Paſſæ, Sangiaki, & Beghi, Senatorum ac Nobilium inſtar proſequentes; Chiauſſii, Capigiique, velut Tribunorum ac Centurionum ſæva manus; Subaſſii, Azamoglanique, ut lictorum Apparitorumque latera conſtipans multitudo, priſcam Imperatorum Romanorum majeſtatem ac magnitudinem æquare vel referre videntur. Imperatoris electionem nondum uſurparunt ſibi Ianizeri, ut apud Romanos Prætoriani ac milites reliqui; majorem ſibi tamen aſſerunt in cæteros libidinem & imperium, ut privato cuique injuriam & verbera abſque ullius metu inferant: Imperiique ſucceſſor & hæres, ad firmandos ſibi eorum animos, aſpreorum aliquot millia (argenteæ parvæ monetæ hoc genus eſt) viritim veſteſque illico dividit. Stationes & caſtra eorum, ſunt Imperatoriæ domus veſtibulum; perpetuæ ubi alternatæque militum excubiæ aguntur; ædeſque aliæ penes portum, ad latronum audaciam compeſcendam, &, ſi quid novum terra marive ingruat, parati. Horum multitudo quadraginta mil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

millium fere eſt, menſtrua ſex aureorum ſinguli ſtipendia merentes. ad viginti duo millia tamen Byzantii tantum reperiuntur, cæteris per arces aut Imperii limites diſpoſitis. Eo ex numero, robore, ac viſu, fiducia inter eos; cæteris metus. nam præter Imperium haud alium quemquam novere; contumaciam ſæpius erga rectores exercere, præmiaque vel dicta ſolum ab eo expectare edocti. Multitudinis hujuſce favor in aliquem, mortis indicium haud anceps & cauſa. idcirco neque eſt qui quærat; vel, ſecurus ejuſdem, non abnuat. Ad honores aut gradus niſi admodum raro Ianizeris aditus patet; ne rudes animi ad corrumpendum militiæ morem nomine honoris impellantur; vel honores adeptis, commilitonum ſtudia Imperatori metum, ac eis periculum, faceſſant: milites enim in alium quemquam præter Imperatorem favore imbutos eſſe, nec par videtur, nec tutum. Hi autem in officio facilius omnes continentur, quod ex Azamoglanis Ianizeri ſolum conſcribuntur ii, qui robore corporis ſtolide feroces, ingenioque rudes & craſſi ſunt. quamobrem ſuaſmet vires haud tam facile cognoſcere poſſunt. nam &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſemper dominari poſſent, ex proprio ſcilicet corpore Magiſtratus atque Imperatores eligere, velut olim apud Romanos, & recentius apud Aegyptios Mamalucchos.

Cæteri vero, quibus præſtantior captus, Spay, hoc eſt, equites creantur. qui ad omnium generum dignitates evehuntur; non ob id tamen Ianizeris validiores, aut magis timendi, ut numero impares, (vix enim octodecim millia ſunt) & ob varias adipiſcendorum honorum æmulationes inter ſe parum concordes aut firmi, & per diverſa munia diſperſi. habentque aureos quindecim in ſtipendiis. Azamoglani, hoc eſt, tributi filii, ſunt qui è parentum ulnis teneri adhuc avulſi, ad vigeſimum ſecundum annum inter labores & inopiam, ignari parentum, pro Imperatoris tutela vel obſequio educantur: Viginti ſex millia ſunt, omneſque Byzantii commorantes; nec ultra duos aureos quolibet menſe ad victum habent, ac ſingulis annis veſtem. Vezirios Paſſas purpuratos Senatores vocarem; per quos provinciæ ac cætera Imperii adminiſtrantur; nam, velut olim per Senatores Romanos Conſulum, Proconſulum, Legatorum, Procuratorum, ac

Præ-

Præfectorum nomine; ſic Veziriis, Paſſis, Paſſiſque ſimplicibus, (*Paßis*, inquam, non *Baßis*, ut vulgus; is enim Ianizerorum eſt titulus; ut apud nos *Magnificus*,) cum ad Provincias regendas iter ſortiuntur, Beglerbey nomen adjicitur, quod dominorum dominus ſonat. Legatos vero dicerem Paſſas Beglerbeios, quod Vezirio ſemper alicui in provincia ſubſunt, & ſibi addictam ejus partem velut legati adminiſtrant. Procuratores porro vocarem Teſterdarios; quorum munus eſt Imperatorios tantum redditus curare: Sangiakiſque tandem, & Beghis, Præfectorum nomen inderem.

Veziriorum indefinitus eſt numerus, prout etiam Paſſarum. nam qui ſemel eo ſunt munere functi, ſemper nomen ac dignitatem retinent. Byzantii ſex commorantur; è quibus ſupremus conſtat Senatus; cui Vezirius primus (eorum vocabulo *Vezir Azem*) ingenti præſidet auctoritate; eoque ad bellum proficiſcente Vezirius alter, *Caimekam*, hoc eſt, locum tenentis nomine, ſubrogatur. Multis provinciis non aliunde tribuuntur Gubernatores, aut Præſides, velut Aegypto, Arabiæ felici, Babyloni, Græciæ, Hungariæque: haſce niſi Veziriis regere li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cet. nec Vezirius fit quiſquam quin prius fuerit Paſſà; unde Vezirii Paſſæ nuncupantur. Cæterũ ab adminiſtratione qui Byzantium redeunt, quia ſupradictum ſupremi Senatus numerum haud excedere licet, recentior, retento nomine ac dignitate, loco cedit, niſi contrarium Imperatori videatur.

Paſſarum, qui numerus haud ſatis unquam conſtat, Veziriorum quintuplo ſemper eſt major. Horum dignitas etſi Veziriorum eſt minor; ubique tamen ac ſemper eſt conſpicua: ob id filii ſororum, vel filiarum Imperatorum, quæ Veziriis plerunque nubunt, ad hæc duo dignitatum genera nunquam admittuntur, ne affinitati ad occupandam tyrannidem à dignitate ſubſidium ac potentia miniſtretur.

Tefterdarorum haud facile numerum inirem. Regii namque cenſus, ut ſunt infiniti, ita & multos procuratores requirunt, qui ſupremo uni ærarii præfecto, Byzantii ſemper degenti, rationes reddere, pecuniamque omnem emittere coguntur. Sic & Sangiaki permulti. unius enim cujuſque amplioris urbis Præfectus, cui minores aliæ vel pagorum competens quantitas ſubſint, Sangiak nuncupatur. à Beghis in hoc differentes, quod Sangiaki

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

giaki ſtatutæ militiæ præſunt, Imperatorioque flamine utuntur, quod eodem vocabulo Sangiak dicitur; Beghis autem nulla in Imperatoriam militiam poteſtas, aut uſus inſigniorum, niſi in proprios milites privatos. Opulentioris tamen ditionis ſunt aliqui Beghi quam Sangiaki, quorum parvo proventu dignitas eſt ditata.

Chiauſſii ſunt, qui per provincias ad Pręſides Imperatoris mandata perferunt, ac exequi curant. Eſtque hoc munus honorificum inprimis apud illos.

Similiter & Capigii; ſed atrocioribus de rebus, ut ad mortes Præfectis vel Gubernatoribus inferendas, aut ſimile. Ambo tamen Imperatoriæ ſunt pars aulæ. hi cuſtodiendæ interiori januæ, quorum nomen Ianitores ſonat; illi curandis externis ad aulam & Imperatorem pertinentibus. Capigii numero ſunt quadringenti, octonis in ſtipem aureis quolibet menſe donati. Chiauſſii quingentis & aureorum triginta ſolutionem habentes.

Subaſſii, velut lictores, aut magis proprie ſatellitum vel apparitorum Pręfecti; cum hi ordinarię militiæ proprii ſint miniſtri. horum incertus eſt numerus, incertaque ſtipendia, nec

tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

tam Imperatori quam miniſtris ejus famulantes; cum in ſupradictos omnes alios, excepto Imperatore, fas juſque ſit nemini.

Servitium exterius Magni Domini.

QVoniam autem de numero ac qualitate perſonarum ſermo habetur, queis Ottomannicum Imperium conſtat, haud abſurdum fuerit, minores dignitates, gentes, ac cætera munia proſequi, Imperatoriamque ſingillatim aulam percurrere, ut mores, & vitia, de quibus erit inferius dicendum, facilius internoſcantur. Exterius omne fere ſervitium Imperatoris expoſitum eſt, Mutefar Aga, Solakiſque exceptis. Hi pedites ſagittarii ſunt ambidexteri, ad utrumque Imperatoris latus ambulantes, ne, qui à dextris eunt, ſi jaculari contingat, Imperatori terga vertant. Mutefar Aga ex omnibus partibus ac religionibus homines ſunt, vel inſigni corporis fortitudine, vel quavis alia virtute bellica inſignes, quos honoris tantum gratia Imperator emeritorum militum inſtar penes habet. ſuntque quingenti, ſingulis menſibus aureos ſexaginta in ſtipendium ducentes.

Se-

Servitium interius.

AD interius autem ſervitium, quas mulieres, quos ad earum famulitia inſervientes eunuchos habeat Septum, quia ſolam Imperatoris ad voluntatem augentur, ac minuuntur, haud ſatis unquam eſt certum. quicumque ſunt tamen, ab eunucho ſene Capikeaja, hoc eſt, Portæ locum tenente, reguntur, nec non pueri ad Imperatoris cubiculi curam & ſervitium deſtinati, quos *ichoglan* vocant.

Hortos Azamoglani curant, ſub Præfecto cui nomen Boſtangi baſſi, hoc eſt, Hortulanus major; prout etiam iidem in culinæ ac ædium uſum ligna vehunt, ac ſcindunt. Culinæ architriclini & coqui multi rationem habent, quorum nec conſtans nec certus eſt numerus. Stabulorum ſervitia ſupradictæ ingentis aulæ magnitudini optime reſpondent. nam equi ultra quingenti, muli ducenti fere, camelique quingenti. quorum gubernatores, eorum vocabulo Geuegi, hoc eſt, Camelarii, ſunt & quingenti; aureos quinque ſinguli menſtruos habentes. Ducenti ſunt muliones, pro quinque & ipſi aureis inſervientes: Katergi vocant. Equorum ſtrigilatores ultra quin-

quingenti, pro tribus aureis famulantes; quingenti & illi, quibus ephippiorum habenarumque cura, quive equis ephippia imponunt, eoque deducunt. non enim ſtrigillatorum apud Turcas, velut apud nos, munus hoc eſt. tales appellantur Sarach; menſtrui quibus aſſignati ſunt aurei ſeptem. Parent hi omnes Præfecto ſtabuli ſupremo, vel ejus locum tenenti: Præfectus Himbrahor baſſi, hoc eſt, Stabularius major, & locum tenens Himbrahor kheaja; ſinguli aureorum centum quinquaginta quolibet menſe ſtipendium merentes.

Stipendia militum & ſervorum.

ABſurdum forte videbitur, ac parum fide dignum; quod Imperatori ad immenſas haſce expenſas proprii redditus ſufficere poſſint. Qui Byzantii fuere, queiſve internoſcere vera eſt labor, hæc omnia ſatis noverunt; ſcriptoreſque permulti eadem hæc retulere. Sciendum eſt autem, quod ſupradictus militum ſervorumque numerus nunquam eſt integer, ſed eſt qui nunquam exceditur. Et pro ſingulis aureis unicuique centum & viginti aſprei numerantur, juxta veterem conſuetudinem, qua tanti permutabantur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

bantur; ipſiq; procuratores in exigendis Imperatoris redditibus aureos tantum in ſpecie volunt, centum viginti aſpreos neque ultra computantes; ac poſtea in centum octuaginta, & ducentos aliquando, numerant, vel pro ſtipendiis in eam rationem expendũt. omnis hic proventus in Imperatoris utilitatem convertitur; unde creſcente cenſu minuuntur expenſæ. Præterea ſupradictis omnibus parata pro ſtipendio pecunia non numeratur; plerique enim agros, ſeu pagos, quos Timarros vocant, ſtipẽdiorum loco ſortiuntur. Hinc tanta Imperatoris militum copia, & in exercitibus cogendis celeritas. nihil enim in tota Turcarum ditione, mobilibus, prædiis, domibuſque exceptis, hæreditarium, aut venale, cujuſquamve proprium, niſi Imperatoris dici poteſt; nullæ infeudationes, nullæ exemptiones: omne mortalium genus, quod eo in Imperio vivit, dominum arbitrumq; omnium unum novit; non parere, ſed ſervire edoctũ. Provinciæ urbeſque magnatibus ad arbitrium Imperatoris gubernandæ traduntur; pagi, & cętera, militibus in ſtipẽdia aſſignantur; vectigalia tributaq; ſupremus ſibi Dominus ſervat. hic rerum eſt ordo, hæc diſtributio; ut nulla

ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ob crebras mutationes, aut ſaltem infirma rebellionis vel contumaciæ fundamenta, magnates jacere poſſint; militeſve ſtipendiorum genere illo, perpetui ac vigiles compeſcendis diverſæ religionis ſubditis cuſtodes efficiantur; deficientibus aliis in bellum parati reddantur; ſic faciles inexhauſtæque bello copiæ adſint, quotidianaq; pro eiſdem alendis pecuniæ cura levetur Imperator, ut nullum ob bellum conſueta ex magnificẽtia vel ſumptibus quicquam intermittere cogatur.

De Timarrotis.

VNuſquiſque enim Timarrota (ſic eos vocant, qui vice ſtipendii agros poſſident) ad bellum propriis expenſis ire, manere, ac regredi, certum ſervorum equorumq; numerum alere pro Timarri magnitudine cogitur. qui, cũ in hæreditates non habeant, certam perſolventibus pecuniæ ſummam, ob crimen vel obitum poſſidentis, eadem onera facile conceduntur. magni idcirco pecuniarum ex bello proventus, ob eos qui demortuis ſubrogantur. Timarrorum copia immenſa; quadringenta triginta quinque millia deſcripta reperiuntur. nec Timarrus adeo exiguus invenitur, cujus poſſeſſor

quinque vel ſex milites ad minus alere non teneatur.

Tyrannis Turcarum.

PRæterea etiam, cum privato cuique ad libitum Imperator indicere profectiones, vel cuncta, quæ poſſidet, auferre, abſque ulla periculi ſuſpicione, poſſit; ingentem nec tam cito deſuturam in bella multitudinem impellere, innumeramque auri copiam & opes congerere facile poteſt. ejusmodi enim firmatæ tyrannidis hujus ſunt inſtituta, ut prius Imperium ipſum corruat, quam pecunia milesve deeſſe poſſit. Et ita omnes inſvevere tyrannidi, Principumque vitia non minus amare quam virtutes revereri, ut intoleranda vel nova iſthæc non videantur. ex crebris etenim mutationibus, è copia, magnitudine, ac facilitate præmiorum, & dignitatum, æmulandi oritur amor, obſequium in Principem, metusque validior quam pœna ex legibus; quæ dominantibus omnia magis probantur. Arbitrium hoc ſupremum, ex pace affluentia, ex bello (quod nemini accidit) proventus, proventibuſque minores ſumtus, Dominum ingenti theſauro ditem arguunt. ipſe tamen è non ſper-

nendis teſtibus novi, recentium do-
minorum libidine totque tumultibu
exhauſtas valde regias opes nunc eſſe
non idcirco tyrannidem eam tam fa-
cile collabi poſſe credendum eſt.

Veziriorum & Paſſarum majeſtas.

NOn abſimili luxuria Vezirii & Pa-
ſæ Romanos Senatores agminibu
ſervorum ingentiq; libertorum ac fa-
miliariũ multitudine æmulantur: &
cum provincias ſortiuntur, eadem o-
ficiorum nomina, eamdemque aul
formam, ut Imperator Byzantii, com-
ponunt; Ianizerorum ſcilicet, Spajo-
rum, Chiauſſiorum, Capigiorumque
nullum quibus extra provinciam ju
poteſtatis aut nõminis: ut domino-
rum avaritiæ non diſpar, ſic provinciis
gravius onus. eorum enim aviditati n
miſera quidem ſubditorum corpor
ſufficerent, niſi cautum lege foret, n
ſubditi venderentur. nam ad honore
& dignitates cum niſi pecunia grand
ſit aditus, qui in provincias abeunt
nullum in cogendo auro ſævitiæ ge-
nus omittunt; unde miſeris levami-
num ſpes nulla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Præfecti provinciarum quomodo puniantur.

IPſi vero Gubernatores, & Præfecti, ſi quos ſupremum Principis arbitrium ſuſpectos vel inviſos habet, per Capigios, vel Chiauſſios, ut Romano olim in Imperio per Centuriones aut Tribunos, cum mandatis pullo contectis involucro, conficiuntur. Is, mortis indicium, color, multos ad rebellionem, vel ad inſigni aliquo facinore propriũ finem decurrandum potius, quam, pecudum more, ſecurim expectare, permovit. Hunc exitum ſæpius ſortitur Vezirius primus. cujus quo major eſt auctoritas, vel dignitatis eminentia, eo magis in lubrico verſatur ipſe. Fato potentiæ raro ſempiternæ, vel ſatias Imperatorem capit, cum omnia tribuerit; vel ſuſpicio, cum nihil ſit amplius, præter Imperatorium faſtigium, quod concupiſcere Vezirius poſſe videatur: tunc leviſſima quaque de cauſa vel ſummovetur ab onere, vel interficitur: &, ſi cum exercitu ſit contra hoſtes, diſſimulatur odium, donec impetus famæ militumque favor elangueſcat, ac milites ipſi dimittantur: & tunc abſq; ullo periculo redditur idem. Neque mirum eſt, ex vulgo

ac plebe hominem ad ſupremum fortunæ faſtigium evectum quotidiana hujuſmodi ſubire pericula: quod, cum Imperatori, inter delicias ac voluptates educato, rerumque ſæpius humanarum inſcio, qui neque poteſt cuncta ſua ſcientia complecti, neceſſarium hominis experti omnino ſit adminiculum; ejus ſtatim velut ambitione trahi videtur Imperator, ut, cum natura ſibi quiſque recte factorum gratiam trahat, ejus invidia neceſſario peccetur ab omnibus, ac maxime aliis, qui prius eumdem in æquo viderent, ac recentem ejus felicitatem ægris oculis intuentur. unde fortuita etiam in culpam trahuntur apud inexpertum ac rudem Dominum, eoque ſuſpicionibus faciliorem. Sic multorum inſidiis impar unus facile opprimitur.

Coloniarum delectus quomodo fiant.

AT coloniæ delectus, auxilia, ſocii, reges, ac tetrarchæ, quæ olim Romanis, eadem Turcis fere nunc eſſe videntur. Nam capta quaque urbe, potentiores capite vel exilio delentur; coloni Turcæ novi inducuntur, quibus plebs capta humiliter ſervit. levius tamen eſt deditis ſervitium, quam captis. In ſupplendo Ianizerorum Spa-

jorumque

ſorumque numero, ex ſubditis Chriſtianis, atque ex ipſis Turcis, delectus habentur, quo impuberes, uti ſuperius dictum, à parentibus avelluntur, & proprii generis obliti novum induant in Imperatorem obſequium & amorem. multi etiam à parentibus offeruntur, quia facilior delectis ad dignitates aditus patet.

Auxilia ex Chriſtianis conſcribuntur.

AVxilia ex ſubditis, maxime vero è Chriſtianis, conſcribuntur, ac præcipue ex Hungaria, Dalmatia, Illyrico, Mœſia, Epiro, Thracia, Macedonia, & aliquando ex ipſa Græcia, atque ex omni fere Aſia; quos, velut ad hebetandas hoſtium vires, & furorem, in prælia primos impellunt, ut cædibus tot laſſus hoſtis modico impetu facilius pellatur; vile iſtorum damnum reputantibus Turcis, quod ferocius, quam ſubditos decet, agere poſſent. Aſappos vili cognomine vocant, plerumque inermes, ac ſolo acinace vel ligone ad bellum proficiſcentes.

Socii reges qui.

SOcii reges à Romanis humanius tractabantur; à Turcis, velut victi, qui-

bus parcitum ſit. Europæorum Tartarorum Han, (quem nos corrupte *Chan* vocamus) Arabum reguli regeſque in extrema Mauritania, tributorum inſtar munera mittere, in bella proficiſci, & ad nutum Imperatoris gravia pati, regnoque etiam cedere edocti, non tam Turcas horrent, quam odio proſequuntur.

Tetrarchæ vero, captivorum inſtar, fortunas & vitam eorumdem voluntati expoſitas habent: ut Arabes Emerii, Georgianorum Vallachorum, Moldarum Principes: qui tributa pendunt, pecuniaque comparatas dignitates pecunia tueri coguntur. unde maximis ſemper conflictantur curis, ne artibus iiſdem à ſe feliciter in anteceſſores expertis à provincia extrudantur, & nova onera ſubire vel ob calumnias perire compellantur.

Tranſylvaniæ Principes, quod Turcarum patrocinium recenter implorarint, ob arces arte naturaque munitas, cultorum ferociam & controverſias ea de re cum Auſtriacis vertentes, non adeò infelici ſunt conditione: Non idcirco tamen ſui ſunt juris; nam & munera, quę Turcæ tributa vocant, annonam, copias, & cætera hujuſmodi, ad bellum mittere, vel una profi-

ciſci

iſci jubentur. Ex Arabibus, qui Turcarum Imperio ſunt contumaces, arma potius ipſorum quam juſſà ſentiunt.

Claſſes Turcicæ.

AT vero duæ claſſes apparatuſq; maritimi, non minus quam olim Romani per Procuratores, Præfectos, Tribunos, Centuriones, Tetrarchas & alios regebantur, penes Turcas per Paſſàs, Sangiakos, Beghos, & Raiſios adminiſtrantur. Altera Boſporana, altera Africana; quibus unicum caput ab Imperatore conſtituitur. Africana ut plurimum variis in locis diſperſa manet; ad ſupremi Ducis nutum autem obtemperare ac in unum convenire cogitur. Boſporana item eſt diviſa, ſed id intra ſpatium, ut brevi admodum tempore in unum cogi poſſit; eæ ſcilicet triremes, quæ apud quẽque Sangiakum vel Beghum in inſulis aut portubus pro Timarro eidem aſſignatis remanent; cætera claſſis, hoc eſt, nervus ejus præcipuus, Byzantii hyemat; ubi & reliqui apparatus maritimi continentur. Vnus ex Veziriis, & aliquando duo, univerſæ claſſi præſunt; alter, Præfectus Generalis, qui *Capitan Paſſa* nuncupatur; alter ejus locum tenens, *Vice Capitan Paſſa* nomine.

 mine.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

mine, quibus aurei mille, præter innumeros proventus alios, ſingulis menſibus pro ſtipendio ſunt aſſignati. Triremium numerus in trecentas definitus. non tamen pluſquam octuaginta vel centum circiter ex conſueto educuntur. Hominum plus quatuor millia, captivis, damnatiſve, ac militibus exceptis, in ejuſdem claſſis gratiam aluntur. Semel ea extrahitur in anno, martii menſe; reduciturque in hyberna decembri. Præda omnis, & captivi, quo tempore claſſis vagatur acta, in Imperatoris ærarium redigitur; extra illud tempus ejus eſt qui ſibi paraverit. Non tenentur autem hac lege Mauri. infeſtiores idcirco; ac perpetui ſunt prædones. Remigatorum loca ruſtici robuſtiores, vi undique ablati, aliquando ſupplent. Militia ferè omnis incompta & rudis, niſi quæ conſulto deſtinatum ad facinus emittitur; ejuſmodi namque occaſionibus terreſtres jubentur militiæ. Non ea quæ nobis maritimarum rerum eſt illis facilitas, niſi quam à Chriſtianis didicerint. unde & iiſdemmet quibus nos utuntur nominibus. Hæ tandem claſſes ad pompam magis, ad coercendas ditionis propriæ maritimas regiones, & inſulas, ad neceſſitatem, & contra

pira-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

piratas, quam acquirendæ gloriæ propagandique Imperii cauſa, aluntur: ſolumque ex fœdiſſimæ fæcis hominibus conſtant. Maritimis enim rebus non admodum dediti ſunt Turcę, velut olim Romani; ſed quoties neceſſitas exigat, prout alias expertum eſt, ingentes admirandaſque potius vires comparare poſſunt. Omnis eorum cogitatio conatuſque in terteſtribus tantummodò bellis verſatur. Tales omnium mores, & inſtituta, ut non bellū pacis cauſa, ſed pacem belli gratia videantur appetere; ei generi victus in pace aſſueti, tanquam in bello ſemper victitandum eſſet. Alitur perinde ſemper aliquod bellum. Ne gens, cui durius in pace ſervitium, aſſueta militari, ad ſeditiones dilabatur, ingentibus propterea præmiis excitantur. unde omnis fere militia; pauci exercendo agro vel aliis artibus tolerare vitam. non enim arare terram aut expectare annum tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes, & vulnera mereri. Pigrum & iners omnino videtur ſudore acquirere quod poſſit ſanguine parari. Quod ni miſera ſubditorum manus Chriſtianorum, agriculturam exerceret, incultas regiones barbarorum incuria relinqueret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Turcarum bellicæ virtutes & vitia.

BElla impigre obeunt, nec eorum tædio unquam afficiuntur; quamvis hybernam abnuant militiam, pigeatque diu cum eodem hoſte ibidem pugnare; maxima enim ac pene infinita eſt militum ad caſtra fluens ac refluens multitudo. hinc fortia ipſorum ſunt pertinacia: quod ſemel armis acquiſitum, reſtituere nefas. abſque neceſſitate vel emolumento pax nemini datur. Bellum ipſum ob ſupradicta Timarrorum ſtipendia ſine ulla majori, quam quæ in pace eſt, expenſa geritur.

Ad bellum exiguis impedimentis, ac ſine mulieribus, proficiſcuntur. Penu, quod acies ſequitur, nauticus panis, caro ſiccata, niſi farina quam in pulmentum excoquunt; rebuſque hiſce ſine apparatu, ſine blandimentis expellunt famem; adverſus ſitim eadem temperantia.

In univerſum plus equite valent; nec aliud in pedite robur quam virtus Ianizerorum; quos nullis adhuc præliis, quamvis adverſa ſint multa experti, fuſos memorant. Equi forma & velocitate præſtantes, variare gyros, in morem antiquorum agi, &

pugnare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

pugnare docti. Majoribꝰ lanceis utun-
ur, enſibus, latiore quam noſtri ſed
reviore ferro, falcatis utuntur; queis
b una parte tantum eſt acies, taliſque,
t loricas & omne aliud tegumen leve
no ictu facile ſcindat. clavam vel aci-
acem ephippio appenſum alii ge-
unt, miſſilibuſve pugnant. melius ta-
nen veſtiuntur, quam armantur.

Pedites arcu, ſagittis, vel ſclopetto,
& framea, Ianizerorum more, præ-
iantur, nec aliud corporis tegumen
abent; exceptis Ianizeris, quorum
ilei, & per collum humeroſque à pi-
eo promiſſum centonis fruſtum, aci-
acis validum etiam ictum ſuſtinent.
quites arcu item & ſagittis certant,
& Europæorum aliqui parva ſclopetto
oſtrum ad morem ante appenſo;
aucis loricæ, vixque uni alterive caſ-
is aut galea; ſcuta cocto ex corio, fi-
ulnea, ferrea, vel è textis viminibus
abent, quæ lectiſſimis coloribus di-
tinguunt. Cedere loco, dummodo
urſus inſtent, conſilii quam formidi-
is arbitrantur. Ianizerorum pedeſtris
cies interna, equis etiam aliquando
ugnare docta, Macedonicam pha-
angem refert. cæteri per cuneos diſ-
onuntur. rari ordines, pugnam coa-
ervatim ineunt. Animas eorum, qui
præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

præliando vel obediendo perierunt,in cælum ſtatim recipi putant.

Genus eſt militum, quos *Deli* vocant,eo quod pericula parum metiantur. hi ſe miros in modos exornant verſicoloribus ſagis; quibus nulla inter ſe convenientia; plumis, & aliquando alis ex pluma, ſic adaptatis,ut currendo quatiantur, ut velut currentes aves maximæ alas verberantes è longinquo videantur; idque ut formidoloſiores (ut ipſi dicunt) hoſtibus fiant. iidem ſibi carnes perforant, ac ſcindunt, foraminibus plumas vel quid aliud inſerentes, clavam ſciſſuris aut frameam, vel quid aliud appendentes;ut ſuam (dicunt) in ſufferendis vulneribus patientiam vitæque contemptum oſtendant.

Cæterum Turcis nihil tam ignarum quam machinamenta & aſtus oppugnationum; quæ quamvis ab eis, qui à noſtra religione deſciverunt, addiſcere facile poſſent, ni neceſſitate premantur, in uſus convertere ſpernunt.

Bellando ſenſus eorum ſunt vaſtare, diſſipare, incendere, rapere, profanare, conculcare, ſedibus propriis hoſtes depellere, domos exſcindere; edita, plana, validos, invalidos pari metu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

netu complere, ut ullius rei ſtabilem
liuturnamque poſſeſſionem nemo
ibi promittere poſſit, ita ut ipſi ſe de-
truendo tantum natos prædicent:
mmites erga contumaces; miſericor-
lia in ſupplices, celeritate adverſus
rofugos, multitudine & celeritate
ræſtant: fidem autem niſi quæ con-
lucat raro ſervant: nihilque iniquum
utant quod velint, nihil ęquum quod
olint: novam bellis ubique mate-
iem quærunt; obedientia in ſuperio-
es inſigni, atque obſervantia; in ſub-
litos ac minores avaritia, ſuperbiaque
ntoleranti; ſobrietate, induſtria, exer-
itatione, vigilantia, reique militaris
uxta proprium morem ſcientia, præ-
lari.

Ad bellum raro Imperator ipſe pro-
iciſcitur; in tam vaſto enim Imperio
on conducit omittere caput rerum,
irbem ſcilicet aditu facilem, annonæ
æcundam; ubi tranſitus ultro citro-
que ab Aſia in Europam modica vi fa-
ile prohiberi poſſunt: ſed Vezerius
rimus cũ omnimoda poteſtate ſem-
er emittitur. & quia ex diſtantibus
errarum ſpatiis conſilia poſt res affe-
untur, nihil aliud ei præſcribitur,
uam ut videat ne Imperium aut Im-
erator aliquid detrimenti patiatur.

Etſi

Etſi autem ad bellum proficiſcenti Ve-
zirio immenſa ſummo cum imperio
poteſtas datur; omnium ipſi tamen
velut cuſtos eſt militum multitudo
quæ neminem præter Imperatoré no-
vit aut ab alio præmia expectat: Nun-
cii enim fere omnes palam audiuntur
conſilia præſentib⁹ cunctis omnia fere
pertractantur; unde nihil unquam ſe-
creto fieri poteſt, non hoſtis ex im-
proviſo invadi, vel ſimilia; conſulen-
tibus enim ſeparatim ſeditioſæ vulgi
ad ſuſpiciones prompti voces audiren-
tur. Ducibus tamen in reliquis ineſt
auctoritas, militibuſque ob tam latum
Imperium fiducia, & ob immenſa
præmia vel ingétes pœnas obſequium
non parvum; quo fit, ut, dum mali
pavent, optimus quiſque ſit prom-
ptus. raræ idcitco in exercitibus ſedi-
tiones; cum nemo niſi prædæ, præ-
miorum, majoriſve ſtipendii ſpe, illuc
proficiſcatur. In ſeditionibus porro
ipſis remedia ſeveritate quæruntur;
idque illis uſu ſalubre, ac miſericordia
melius apparet. In prioribus nihil
aliud repertum, quam unus alterve
magis prompti, vel multitudini ipſi
inviſi ſubverterentur. at cum Impe-
ratori modo manus injecerint, finis
ipſorum monarchiæ properi, vulgato
arca-

arcano, poſſe ſcilicet à multitudine Principem impune ſperni, argumentum haud leve nec ſpernendum videtur.

Iuſtitia in pace quomodo exerceatur.

IN pace juſtitiam profitentur, ſeveram, ac brevem; nihilque adeo implicitum, quod una vel altera ſeſſione non definiatur: Inter eos nihil irarum, &, ſi quæ accidat controverſia, quæ ab amicis non componatur, per udicem expeditur, neque ultra datur ppellatio.

Iudices ac ſcribæ parva admodum molumenta ex litibus habent. furtim orrumpuntur; nam & inibi omnia rimum ambitu, poſtremo pecunia urbantur; hi autem nullo unquam empore aut loco jus petentibus deegare poſſunt. Inſidiantium, accuatorum, & calumniantium copia mana, non adeo tamen potens, quin alido robore, oratione, auroque proerni non poſſit.

Delatores rerum ad Imperium pernentium præmiis eliciuntur; domeicorum vero delictorum nil habent, iſi quæ judex impertiri velit. illi hoores, ac præmia, hi infamiam adipiſntur. hinc eſt quod ſordidi tantum

plebei-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

plebejique ac peſſimum genus homi-num, qui Chriſtum abnegarunt, hu-juſmodi exerceant.

Chriſtianis teſtibus in judicio null[a] fides; Hæbreis pariter. horum centur[i]unius Turcæ teſtimonium non æ-quant. Reis illico poſt cauſam dictam pœna ingeritur vel abſolutio: præſt[o] ſunt lictor, & virgæ; quibus non ter-ga, ſed plantas verberant pedum, quas humi projecto corpore ſimu[l] colligatas ligno ad id parato (*falak* nomine) ſuſtentant. verbera uſque ad trecenta ingerere, minuſque pro libi-tu, conſuetum; queis mille, aut ul-tra, raro vivunt.

In unaquaque urbe deſtinantur qu[i] carnes, panem, frugeſque reviſant: hiſce lictores cum faſcibus adſunt, qu[i] in fraudis deprehenſos earum rerum venditores ibidem ſtatim verbera exe-quuntur: In cæteris ex rumore ple-rumque ſtatuitur. Vnde quos pro-ſpera, etſi nocentes, fama fovet, ad ſummum tolluntur; nihilque tam gra-ve eſt, quod impune audere non poſ-ſint: qui vero, etſi immerentes, mal[e] audiunt, ad imum deprimuntur.

Vbi autem quis nimia extollatur fa-ma, ſitque omnium in ore frequens, quaſi auctor aut cauſa ſeditionis ali-quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

uando futurus, è medio aufertur. nde non minus periculum ex magna ma, quam ex mala.

Majeſtatis delicta ſevere adeo pu-iuntur, ut nocentes innocenteſque uxta cadant, nec diluere detur. Pa-is, uncus, laqueus, ſecuris, patibula-ue depromuntur; Aliquos ventre te-us infoſſos, jaculis aut ſagittis confi-iunt; Alios recenti bovis corio invo-utos humi mentum ad uſq; ſepeliunt, ibum miniſtrantes, quouſque à ver-nibus ex corio eo recenti natis con-umantur; Alios ad palum laxioribus atenis alligatos, ignis corona procul rcumdant, ut ignem fugientes cir-umeundo ſemetipſos torreant; Alios erui alligatos aſſant; aut flammant; lios deniq; propriis carnibus abſciſ-s, & coctis, depaſtis, miſeram quo us poſſunt vitã producere cogunt: ullum eſt tandem atrox adeo infe-xque mortis genus, quo majeſtatis os non afficiant: In reliquis, laqueo res, palo prædones puniuntur; rarò ncus ac ſecuris in uſu.

Vincire, verberare, necare omnibus ermiſſum Gubernatoribus, ac Iudici-us; eſt unicuiq; privato in propriam miliam uſq; ad necem poteſtas. De-tis in univerſum pœnæ graves, ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

virtutibus quantumvis exiguis imm
ſa præmia: in occulta tamen flagiti
non valde inquirunt, manifeſta &
comperta graviter puniunt. in utram
que partē, ſive indulgentia, ſive ace
bitate, nimii; unde improbitas, igna
via, inertia, nullo honore compen
ſantur, aut pæna puniuntur, jacent
contemnunturque. Cæterum in ho
nore amicis tribuendo ut immodic
ſic in hoſtes contumelias inferend
nimii.

*Turcæ quales ſint corpore, & inge-
nio, moribusque.*

GEns ipſa non aſtuta, nec callida, n
ſi quantum ex perfugis didicerin
Habitus corporum truces; ac pro re
gionibus, in quibus ſunt nati, forte
aut imbecilli; candidi, aut nigrican
tes. ut plurimum tamen ſunt forte
magno ſatis corpore, & ad impetu
valido; laborum, inediæ, ſitis, æſtu
frigoriſque juxta patientes: unde pl
riſque viridis & cruda ſenectus. Capu
abradunt, relicta in capitis ſummita
particula crinium, ad Hungaroru
Polonorumque differentiam, qui ſi
per frontem relinquunt. Barbam a
lunt promiſſam, & latam. In cæter
iidem belli paciſque mores, idem v

Et

tus habituſque, aut parum differens
eſtis. Rara domi utenſilia; ſupellecti-
aque ad uſum, non ad pompam. in
ubiculis tapete ac ſtragulis contenti;
bſque menſa, ſcamnis, & aulæis; ci-
um ſumẽtes è coriacea mappa, quod
tatim abſtergi poteſt; lineo mantili
blongo in gyrum porrecto manus
ſque tergentes. Quibus non eſt uxor,
uper centones velut in bellis cubare;
uibus autem eſt, ſuper ſtrata humi
ragula, noſtrum in morem, jacere.
orporis ſordes inſtar piaculi dete-
tantur, magis etiam quam animi im-
uritatem. unde ſumma munditiès,
ulla ſterquilinia, nulla purgamenta,
ihil quod oculos aut nares offendat;
uicquid hujuſmodi eſt, aut defo-
iunt, aut à conſpectu amovent.

In victu gens parca; uno ferculo,
oque ſimplici, plerumq; ſaturantur.
aſſæ ac Magnates, antiquorum mo-
e Romanorum, ſuper thoros pulvi-
aribus innixi, proprios ſecum come-
entes ſtabularios non dedignantur.
minor hinc ſumptus, promptiorque
amilia.

Hoſpitalitatem benigne exercent.
es namq; victui neceſſariæ parvo væ-
eunt; ubique fœni ſumere cuique li-
et è plenis campis quantum velit, ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

candi modo labor & vectura adſit. Cætera pacis in uſum belli componunt, tanquam in eo ſemper victuri. neque tamen deſunt, qui à bello averſi delicias malint; balnea, popinas, atque alia vitiorum irritamenta ſectantes.

Non tam vino quam ſue abſtinent; quamvis utrunque lex vetet; ſuis nimiam inſalubremque carnis humiditatem culpantes; vini vero, quoties alieno ſumptu bibatur, jucunditatem amantes. vinum aduſtum, tabacchiq; herbæ fumum, Indorum Anglorumve more, avide bibunt. abſtinent tamen nobiliores, ac pro hujuſmodi potionibus, alia, instar atramenti nigra, nulliuſque ſaporis, utuntur, quam ex baccis quibuſdam, iis ſimilibus quas laurus profert, aduſtis parant: eam *caphé* vocant. nec niſi ferventem parvis in ſcutellis pitiſſando bibunt, ut calor (quia inſipida eſt potio) linguam perſtringat; quod ſi inter pitiſſandi ſpatia frigeſcat, igni remittitur. atque hac jucunditate integras aliquando ſex horas in tabernis, quæ huic tantum officio proſtant, vel propriis in domibus, loquendo conſumunt.

Alia potionum genera inſuper extruunt, utpote ex ſaccharo, vel melle, ac frigida; Ex cinamomo aliam, pipere,

ga-

aryophyllis & ſaccharo ebullitam, ini colore conficiunt ; qua inebriantur; Ex melle lupulorumque flo-ibus nigro colore aliam, *medo* voca-am, à Polonis aut Moſcovitis mu-uatam, conficiunt; Ex furfure quan-am nomine *boſa*, per quod ſæpius ranſiens aqua in colorem fit lactis; ubdulcis eſt, ac nauſeam velut red-ens; ob id pauperibus tantum eſt fa-iliaris. Habent & more Germano-um cerviſiam. Sed nullum potionis enus adeo eſt in uſu quam illud ex e-ullito coacto exſiccatoque lacte pa-atum; quod acidum eſt ; ob id ma-is æſtate frequentatur: *jugurt* vocant: ecenſque etiam in uſu Europæorum æc, deliciæ vocantur; Aſiaticis enim uro elemento ſitim levare frequẽtior onſuetudo. Thebaicum nonnulli o-ium deglutiunt, ut per aliquot ho-as, donec univerſum digerant, curis eventur; nam mirum in modum ca-ut, cerebrum, ac reliqua membra quatit, ut ebrii fatuique videantur.

Turcarum veſtes.

REliquum, in ornatu ſumptuoſi; nitidiſſimæ ex omni genere & colo-e veſtes; & ſaga fulgentia omnia au-o, argento, purpura, holoſerico, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ejuſmodi;in tanto tamen luxu magna ſimplicitas, ingenſque parſimonia: unde cujuscumque ordinis hominibus veſtium una forma. Equos auro non minus gemmiſque ornant, tenacique colore inficiunt,qui niſi cum pilis evaneſcit; pace ideo belloque conſpicui. Nunc autem aurum, argentum, gemmas, & hujuſmodi ad bellum trahere vetitum. Ex quo enim Polonorum multa millia ob Ducis perfidiã fugata penes Pruth ſtagnans in Moldavia flumen, juxta pagum dirutum nomine Suzora, biduoq; poſt apud Neſter flumen à Moldavia Poloniam dividens, ad Hottinum ejuſdem Moldaviæ arcem, eadem cæſa vel capta, Staniſlaique Sulchieuski Poloniæ magni Cancellarii, exercituum Generalis, & copiarum earum Ducis, caput Byzantium in caniſtro ſale pleno relatum, ac juxta leonum ſtabula cum titulo appenſum; ejuſdemq; filius una cum Magnatibus multis captus, & argentea ſupellex immenſa ſimul: veritus Imperator, ne ea, quæ Turcis incitamenta victoriæ fuerant, perniciem allatura eiſdem aliquando eſſent; ſolemni vetuit decreto, ne quis in poſterum, niſi certam auri argentive ſummam,trahere, argenteum ephippium,

gem-

emmiſque ornata lora tenere, cur-
umve in bella, Paſſis ac Sangiakis
xceptis, ducere poſſet.

Cæterum Turcæ Hungarorum vel
armatarũ in morem veſte utuntur,
on ſtricta tamen ac ſingulos artus
xprimente, ſed patula & undique
luctuante. Militum plerique in bello
erinas gerunt pelles; Europæi negli-
enter; Aſiatici exquiſitius, panthera-
um ſcilicet, luporum, & tigrium, qui-
us ſe formidoloſiores hoſtibus ren-
ur. Lineis amictibus per infinitas ſpi-
as caput circumdant, cujus è medio
oloſericus apex purpureus vel viridis
urgit, per ſpiras diviſus; latius tamen
n pace, quam in bello; ubi pelle ſub-
luctis utuntur biretis. Aliquibus bra-
hia & lacerti nudantur, ut fortius
rcu jaculentur. Qui capitis involu-
rum viride geſtant, à Mahomete ori-
inem jactant. Licet autem aliis bire-
um viride, non tiaram, deferre:
Chriſtianorum vero nemini; ſicut nec
iridem veſtem, vel ejuſdem coloris
liud.

Caligas porro virides gerere, capi-
ale; pudenda enim, quo veſtiebatur
olore Mahometes, alios ſibi tegere,
nefas. rubeas ut plurimum trahunt,
n Perſarum ignominiam, quibus ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

pitum geſtamina rubra; unde *keſul-baſ*, hoc eſt, rubrum caput, à Turcis vocantur: eademque apud illos rubras ferre caligas pœna, quæ virides apud Turcas. Duplices geſtant ſoleas, ne tapetia, ſuper quæ complicatis in crucem cruribus ſedent, exterioribus conſpurcent.

Caput nunquam aperiunt, ſed manu pectori appoſita capitis inclinatione ſalutant; præcipuos vero Paſſas, ipſumque Imperatorem, ambabus pectori applicatis venerantur. Poſt colloquium, vel ſalutationem digredientes nemini terga vertunt; ſed abeuntes paulatim retrocedunt, donec per honeſtum ſpatium, majoris è conſpectu ſe ſubtraxerint.

Siniſtra honori datur, velut apud nos dextra: hæcque redditur ratio, quod, qui à dextris ambulat, enſem alterius ſub poteſtate proprium habere videtur; non qui à ſiniſtris, cui liberior exterius eſt framea.

Arma, exceptis pugionibus, aut cultris, nulla in urbibus geſtant; in itineribus autem, ac in bello, quicquid unicuique libitum. Enſem in quemquam, præter in communem hoſtem, diſtringere, inhoneſtum ac nefas. Raræ inter ipſos rixæ, raraque convitia; cædes

fere

ere nullæ; detrectatio, blaſphemiæ, vel perjuria penitus abſunt. Plus æmulationis, ac occultę invidiæ, ex eo quod generis familiarumve nulla nobilitatis ratio; virtus enim naſcendi fortuna non diſcernitur, quum neminem præter Ottomannicam domum à natalibus metiantur. Hinc clariſſimo cuique majora in dies pericula ſubeunda, præcipitem Imperatoris ſævitiam vario criminationum genere incitantibus æmulis unde factum eſt ſæpius, ut plerique innocentes recenti invidiæ impares leve ob crimen objectum ceciderint: alta namque ſuſpicionum alte reciduntur.

Fratrem occidendi mos.

HInc occidendorum mos fratrum, diſcordias & inſociabile regnũ timentes: Illos, firmata ſpe ſucceſſionis, Imperatores omnes, Akomate excepto, interfici ſemper curabant. Ipſe Akomates, facili in fratrẽ pietate, quem fatuum noverat, veterem morem intermiſit. Hinc eo defuncto ingentes turbæ; uniuſque Imperatoris inſolens cædes, Oſmanis nempe Akomate nati, priorem Imperatorum majeſtatem commaculavit: ipſeque Muſtafa bis Imperator, & ſeditionis tantum cauſa,

ut ineptus ac impotens, alteri nepoti Oſmanis occiſi fratri Imperium cedere tandem coactus eſt. Alunt Imperatores aliquot ſemper mutos, quorum opera in cædendis fratribus, vel aliis Magnatibus, quos clam auferre volunt, uti ſolent; idque, ne Imperatoris ſecretum & ſævitia, vel quid interficiendi dixerint, patefieri unquam poſſit. ob id ingentibus donis locupletantur. Sic aliquando Vezirius primus ex improviſo cadit. In reliquis Imperator, cæterique minores, facile muneribus placantur. pecuniæ nam omnes ſtudent: utve potentioribus ad eam cogendam modi non deſunt, ſic plebeiis elaborandi materies unquam non deficit.

Non vagos, non ſtipem emendicantes ullos, præter cœcos, aut laborum impotentes, Turcarum charitas vel ſævitia ſinit; nam & ab unoquoque in liberum ſervitium Duci, vel ad triremes, aut aliud opus, pertrahi poſſent.

Mercatoribus, & cujuſcumque religionis externis, accedendi recedendive libertas magna. nemo advena nomen dare, itinerisve rationes reddere cogitur: ſi tamen externus aliquis in otio vagus deprehenderetur, illico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

illico tanquam ſuſpectus aliquo crimine circumveniretur.

Rara per Imperium vectigalia, exiguaque portoria. hæc defraudantibus, geminandum eſt tantum vectigal debitum. Mercimoniis haud multum vacant: ipſi Græci, Armeni, Epidaurii, exteræque nationes omnes, Hiſpanis exceptis, apud illos hæc exercent. Qui nobis illiciti, illis & vetiti ſunt contractus, iis obtegendis eædem, quæ nobis, artes, aut modi; fideque magis omnia quam ſcripto innituntur. In Turcia hoc mirum, quod ſummam avaritiam ſumma in credendis pecuniis fides comitetur, ingentem rapacitatem non exigua liberalitas ſubſequatur.

Aedificia apud Turcas qualia ſint.

CÆterum in publicis privatiſq; ædificiis etſi priſcos Romanos ulla ratione non æquant, in tota tamen Europa vel aliis partibus, quas omnes luſtraſſe me contigit, nationem adhuc ullam non reperi, quam in publicorum ædificiorum frequentia merito Turcis æquiparari poſſe credam. Quicquid autem in urbe vel in orbe ſuo magnificum reperitur, totum illud Imperatorum liberalitatis vel ſævitiæ munus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

munus eſt. aut enim propria ipſe largitate conſtrui curavit; aut ſubditi in tolerando labore coacti perfecere; magnateſve, proprias ſibi opes inſidioſas veriti, non minus egregium aliquod extruere, quam criminum cauſas deſtruere ſtudentes, ædificarunt. Imperatores peracto aliquo bello, vel patrata victoria, templum omnes in prædeceſſorum æmulationem extruunt, ac de ſuo nomine nuncupatum Deo dicant.

Publicæ viæ, quæ magis frequentantur, omnes lapidibus ſtratæ; exciſis etiam, ubi opus eſt, montibus: per eas, diſtantibus unius diei itineris ſpatiis, publica hoſpitia itinerantia ad commoditatem magnifice extructa jacent; ubi pernoctationis pretium non ſolvitur; in aliquibus per triduum gratis, hominibus equiſque cibum miniſtrant, ex opibus Magnatis alicujus teſtamento legatis. hæc *Imareth*, illa *Carvaſſara* nuncupantur. Reliqua tẽpla, pontes, plateæ, fontes, ac thermæ, non niſi magnifica.

Ædes privatæ, quales ſub tyrannis ſolent; humiles nempe, muriſque haud ſatis firmatæ: quarum præcipua materies lignum; non luxus, ſed uſus gratia. patri familias unum alterumve

cubi-

cubiculum; reliqua familia tanquam in bello cubat. fœminis, unde nec aſpicere, nec aſpici poſſint, pars interior velut carcer adſcribitur.

Magnatum domus ſatis pulchræ, & amplæ: auro coloribuſque variis laqueares diſtinctæ: ligno & ipſæ firmantur, ne arces affectandæ velut tyrannidis gratia ædificare videantur. hæc multos peſſum res dedit, quibus firma murorum compago poſterorum cura extruebatur.

Septum magni Domini quantum ſit, & quale.

DOmini Septum, alio nomine Porta nuncupatum, quod in trium mille paſſuum ambitu una tantum pateat janua, monachorum clauſtri inſtar, ædes multas hortoſque magnos continet. extremo in promontorio ſitum, duabus ex partibus mari alluitur, Chalcedonis è regione, ac vinearum hortorumve Galatæ ſeu Peræ ſpatia contra; urbi reliqua conjunctum. Ab exteriori parte nemo interdicitur. In veſtibulo Ianizerorum eſt ſtatio. Atrium inde ſpatioſum. poſt, conclave, porticibus undique ſeptum: ſub quibus à dextris in ingreſſu Ianizerorum maxima ſemper multitudo ad

excu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

excubias manet; à ſiniſtris & fronte
Chiauſſii Capigiique, ſpaciis permiſt
At in eademmet fronte juxta angu
lum altior aſſeribus tigniſque conſtru
cta ſedes, ligneis undique circumſept
periſtyliis, ubi Veziriorum Conſiliur
agitur palam. A Vezirioque public
exaudiuntur omnes. Mirum, quo
in toto hominum concurſu nullus tu
multus. ubique enim, non ſolum Im
peratoriis in ædibus, verum etiam pri
vatorum in domibus, ſilentium in
gens, & modeſtia; nullæ ibi voces, nul
lum murmur, quale incompoſita
multitudinis eſſe ſolet; ſumma quiet
quiſque ſui ordinis locum tuetur. In
medio cupreſſus aliquot. a læva cu
bicula, ubi privatus habetur ante Im
peratorem intus aſſidentem Senatus
vulgo *Divan*. Exteriores culinæ, vela-
bra, piſtorum, aquatorum, tonſo-
rum, medicorum, ſacrificulorum
ſutorum, tibicinum, tympaniſtarum,
fidibus pulſantium, eorum qui tento-
ria tendunt, venatorum, aucupum,
fabrorum, ac ejuſmodi hominum
manſiones adiri ab omnibus, ſemper-
que videri poſſunt. Pars interior, ubi
Dominus ipſe cum mulieribus eunu-
chiſque manet, à nemine unquam vi-
deri poteſt, præter atrium illud, cujus
in

in medio è regione januæ cum porticu ædicula ſita eſt, quo externarum gentium Legatis oſculandas Imperatoris ad veſtes aditus patet. ultra non latur. digreſſoque Legato ab Eunuchis oſtium illico clauditur. quod ſi aliquo aſu quis ulterius progrederetur, vel x aſſervatis Imperatori mulieribus liquam forte vidiſſe accuſaretur, ulimum is diſcrimen adiret. propterea ec mihi, nec aliis, niſi ex eunuchoum recenſione, interiorum ædium orma tam facile internoſci poteſt.

Modus excipiendi Legatos Principum.

Aſſident foribus illis Eunuchi, dona, quæ Legati ferunt, (nemo enim bſque muneribus ad Imperatorem ntromittitur,) egredientium Ianizeorum è manibus accipientes. ut enim diculam introeunt Legati, atrium inredientes Ianizeri, unus poſt alteum, manibus dona ferentes, ante nperatorem tranſeunt; qui per ædiulæ januam proſpectans, aſtantibus oram Veziriis, è tribunali, ſedet ſuper ratum, ac inter aulæa tantæ ejus rtunæ convenientia. Legati, & qui m eis ingrediuntur, (licet enim noliores ex proprio comitatu ſecum addu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

adducere,) ſericea prius chlamyde
auro intertexta donantur. deinde
Domini januam ingreſſi, per brachi
duobus à Capigiis prehenſi, ejus ad
veſtem deoſculandam perducuntur
ac nuſquam ore converſo, ad limen
retro, unde deducti fuerant, reducun-
tur. Legatis breviter Vezirius ipſe pri-
mus, Domino ſemper tacente, reſpon-
det. Digreſſus fit utrinque; nec am-
plius, niſi tempore diſceſſus, intromit-
tuntur. Reliqua apud Senatum, vel
Vezirium ſolum, tractantur. Horti
non ita cuſtodiuntur. in eis quando-
que Imperator aliquos audit ſecreto.
Ianuas habent duas; maritimam, qua
per mare ſpatiatum ſæpius exit Impe-
rator; terreſtremque, unde tantum
purgantur horti, vel aliqui, ut ſupra,
ingrediuntur.

Hortorum qualitas.

HOrtorum porro magnificentia vel
venuſtas ea, eſt rariorum plan-
tarum aut florum multitudo aut diſ-
poſitio, fontium qualitas ac artifi-
cium; ut à pluribus noſtratibus pul-
chritudine, inſignium plantarũ quan-
titate, fontiumque artificio, non ſu-
perentur. Cupreſſuum multitudo vi-
rorem hyberno etiam tempore præ-
bet

et;pomariaq; pulcherrimos ſuo tem-
ore fructus ferunt. horum cultui in
niverſum magis vacant Turcæ, quã
illarum aut domuum; quamvis hæc
tiam hæreditatis tantum jure petan-
ur,& ab iis quorum parentes in ſum-
ia fortuna fuere. Reliqua omnia,
: pecuniæ, dummodo ex provinciis
Imperatore commiſſis ſint partæ,
fiſcum rediguntur. donare, teſta-
ento legare, paciſcique de propriis
bus à ſe partis, jure conceſſum.

Privatos magnateſque ſepeliendi mos.

Iliorum, niſi ob proprias virtutes,
nulla habetur ratio; nemo tam cō-
icuam ſortitus eſt patrem, quin ſta-
n, ni ſapiat,viliſſimus evadat; & cō-
a. Vnde majorũ funera poſteri haud
nbitioſe curant; ſine facibus, ſine a-
apparatu efferunt; amici & pro-
nqui, ſi in urbe, pedes, ſi extra ur-
m, equis inſidentes, humandum
mitantur. Plebs humilis Hebræo-
m in morem ſepelitur, lapide ad ca-
t & ad pedes erecto. maſculi per la-
dem capiti appoſitum dignoſcun-
r,quod in eo capitis integumentum
culptũ;fœminis nullum diſcrimen.
lendida nobilioribus eriguntur ſe-

pulchra,aliquibuſque contra injuria temporum ſuperinjicitur fornix,veli ſacellum,columnis innixa; & ad ped ac caput ſepulchri candelabra lamp deſve ardētes. Imperatorum filii jux S. Sophię templū profano cultui vi dicatum ſepeliuntur;tam naturali qu violenta morte defuncti. & Impera torum in templis à ſe extructis, eori que ad ſepulchra, faces, aut lampade ſuper gemmata candelabra perpetu fere ardent. Lugubris, niſi ob Impera toris mortem, habitus nullus. dum e nim funeris pompa ducitur,capitis in volucrum pulla ex transverſo tæn circumdant; quam eo ſepulto confe ſtim detrahunt. Mulieres viduæ null item habitu diſcernuntur.

Sacrorum ritus apud Turcas.

VT autem diverſos cæteris morta libus mores habent, ita & nov contrarioſque ſacrorum ritus exc lunt. non diſputare, non veritate diſſerendo inquirere licitum; enſe rel gionem tuentur. hinc ſuperſtitionu pertinacia. Deum unum maximu adorant. Teſtamenti veteris Proph tas fere omnes venerantur eorumq interceſſionibus juvari credunt;hac re quibuſdam hæreticis meliores q

ṡs abſolute negant. Chriſtum Dei
ṡpiritum & ex Virgine natum prædi-
ant, & colunt; Virginemque ipſam
 honore habent. Poſt Deum maxi-
um, Mahomete, à quo dogmata ſu-
erſtioneſque accèpere, colunt, ac ve-
erantur; de ipſoque mille ineptias
ædicant; velut etiam de Helia Pro-
neta. Id miror, tantam illis vecor-
am ineſſe, ut inepta, inſulſa, impoſ-
biliaque adeo ac fæda credant, ſed le-
 excuſantur, quæ de quoquam quæ-
ionem habere vetat.

Septimo anno circumcidere geni-
lia ſolent, ut diverſitate noſcantur.
on cohibere parietibus Deum, neq;
 ullam humani oris ſpeciem aſſimi-
re, ex magnitudine cœleſtium arbi-
antur; immo nec imaginem homi-
s pingere aut fingere licet.

Lunam præcipuum planetarum ve-
rantur, menſesque ab eadem nu-
erant; annum ſeptembris cum luna
choantes. Prophetarum nomina
amvis corrupta retinent; ut Hali E-
m, Iunus Ioannem, Daut Davidem,
limam Salomonem, Iacup Iacobũ,
uſiah Moyſem, &c.

Sacerdotes à cæteris longiori veſte,
ltuloq; capitis tegmine tantum dif-
runt, in cæteris pares. qui vero reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

gioſum atque à reliquis diverſum vi-
vendi genus profitentur, ab aliis a
inter ſe habitu diſtinguuntur.

Eorum, qui Dreviſii vocantur, ma-
jor eſt copia, civiliorque vivendi ratio
Hi monachorum inſtar in cœnobii
degunt, in commune vivunt, lane
albo veſtiuntur, urbes incolunt, li-
berque omnibus, ſi quando pæniteat
egreſſus patet. ſimplicitatem, vitæ in-
tegritatem, paupertatemque profi-
tentur. hoſpitales ſunt; non tamen in
propriis manſionibus excipiunt ho-
ſpites; contiguas habent ædes ad ho
deſtinatas; nemo, quantumvis præ-
cipuæ dignitatis, dum apud Dreviſio
divertere poſſit, hoſpitium quodvi
opulentum reciperet. reliqua hujuſ-
modi hominum genera, neque ſedes
neq; aliud proprii quicquam habent
ſed more potius ferarum vivunt. qui-
bus educandis cicurandiſq; aliqui eo-
rum tantum intenti. pellibus humeros
alii, pectuſque, tantummodo tegunt
cætera, & ipſamet etiam pudenda, nu-
di. penis præputium annulo ferreo in
ſignum caſtitatis perforatum geſtant,
maleficique ac belluis ſimiliores ſunt;
cultro iidem ſibi carnes parvum ob
pretium ſcindunt, eo velut ſacrificio
demortuorum animas, pro quibus
pecu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

pecuniam accepere, juvari conteſtantes.

Creduli adeo & ſuperſtioſi ſunt Turcæ, ut & canibus felibuſque eleemoſynam præbeant. immenſam hominum per omnes urbes inedia fameque confectorum copiam videre eſt; quos certi, accepta ab illis pecunia, qui ridendo pietatis hoc genere ſtipem elargiuntur, aſſatis carnibus animaliumque inteſtinis paſcunt. Proprio ære ſunt qui coemptas aves è cavea in libertatem emittant, ſic mortuorum animabus ſuffragari putantes.

Cæterũ, ſacerdotes ipſi templa cuſtodiunt, populum ad orationẽ convocant, ſuper editas quaſdam turres rotundas clamitando, idque interdiu ac noctu quotidie ſex vicibus, (campanis enim carent;) ut, qui ad tẽpla conferre ſe nequeunt, ordinarias ubicunque fuerint preces effundere poſſint. Eas ſuper extenſum humi tapetem vel ſtrophiolum effundunt; & ad orientẽ converſi, ſuſurrando, Deique nomen invocando, muſſitant; prius tamen optime lotis ad cubitum uſque manibus; dein tribus digitis udis utrumque pedem ac caput ſemel percurrunt; quod eſt tanquam totos laviſſent; ni fractæ ſint soleæ; tunc enim pedes

 lavandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

lavandi. hæc ante orationem. Po
primas igitur preces capite ſtatim i
terram inclinato, velut humum deo
culantes, ad Mahometem ſecunda
effundunt, genuflexi; capiteque rurſu
ad terram tribus vicibus inclinat
ſurgentes, angelo ſe Dei commen
dant, fautoremque precantur. Po
hæc verba quædam, quibus propriam
profitentur fidem, ediſſerunt; quibu
abſque alio merito ſalvari ſe ſtulte op
nantur.

Mulieribus ad templa interdicitu
aditus. eas enim minime in cœlum
ituras dicunt; quemdam tamen illi
nec boni nec mali locum aſſignatum
eſſe putant. re vera id autem ad ſcan
dalorum tollendas occaſiones reor.

Præ foribus templi, oves, boves
pullos, columbas, & hujuſmodi, ſacri
ficant, carneſq; pauperibus dividunt.

Iuxta omnia templa fontes ſunt, ne
quis ob aquæ penuriam illotus ingre
diatur. unde ſub orandi tempora la-
vantium ſe multitudo inibi ſemper
videtur.

In templis ipſis nil pictum, niſi ſen-
tentiæ, vel dicta in parietibus con-
ſcripta. & lampades infinitæ, laquea-
ribus aut fornici undique appenſæ:
quarum pars aliqua ſemper ardet; cæ-
teræ

eræ ſolum veneris die, qui illorum eſtus eſt, circa meridiem accenduntur. Ingredientibus deponendæ ſunt xteriores ſoleæ, interioribus tantum etentis; duplicibus enim, uti ſuperius ſt dictum, utuntur. Soli ſacerdotes lara voce preces exponunt,cęteri ſubmiſſa. iidem aliquando in templis è ſuggeſtu concionantur.

Inter dies feſtos paſchata duo maxime colunt, quæ *baiaram* vocant;primum in fine lunæ ſeptembris, alterum in fine lunæ novembris. parvum hoc vocant; nullum enim habet præcedens jejunium. illud vero magnum, quod viginti novem dierum jejunio conjungitur; ab eis *ramazan* appellatum: quo quidem tempore interdiu nec hauſtum quidem aquæ ſumere licet; noctes tamen integræ comeſſationibus abſumuntur; dormitur in die, carnibus non abſtinetur; vina vero tunc temporis maxime vetita proſtant; omnia nocte tota, domus tabernæque, patent, ac, niſi quiſque lumen ante fores alat, pecunia mulctatur.

Profanorum ſacrorũ ſummus præſes, nominę *Mufti*, ſacricolas regit omnes, legemque gubernat. ſi quod accidat in religione dubium, ab eo

diffinitur; nec quicquam contra proloqui fas eſt. Is ab Imperatore inſpecta prius integritate vitæ ſenex deligitur, quia ſpecie religionis frequens ſecretis; ipſi enim tantum, præter Vezirium primum, Imperatoris interiorum fores ædium, ginæceumq; ipſum, & penetralia, omni tempore patent. unde, etſi non ingens ei ſit auctoritas, conſilium tamen ac calumniæ timentur. omnes idcireo, qui majoribus funguntur oneribus, amicitiam ipſius ambiunt, & emercantur: nihil enim uſquam vel in Imperatoris ipſius ædibus non vænale, aut muneribus impervium. & propterea, qui hujuſmodi artibus honores ac magiſtratus adipiſcuntur, avariſſimi ac rapaces ſtatim evadant, neceſſe eſt.

Ea in univerſum eſt Turcarum natura. cum enim tenuiores tantum fortunæ parentum ſequantur natos; hinc evenit, ut egeſtate longa paternæque recordatione ſortis accendantur cupidines, & ſordidi repente in conſpicuo mutationem fortunæ male tegere poſſint, urgentibus amicis ac feneratoribus mutuatas adipiſcendæ dignitatis gratia pecunias: unde variis prædandi vocabulis commiſſos ſibi ſubditos angunt. Nec facile quicquam

contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

contra perſuaſeris. nullis enim diſciplinis aut ſtudiis vacant; aliorum eventibus tantum docentur, ac cæteros regunt. hinc pauci prudentia ex dexterioribus honeſta, ex noxiis utilia diſcernunt. Sic artes, quæcunque bello vel uſui quotidiano minus neceſſariæ, omnino non receptæ, aut vetitæ; item ſcientiæ omnes. quod ſi aliqui medicinam aut matheſim norunt, ii Arabes ſunt. Reperiuntur & aliquibus in locis juvenum collegia, qui legi ſtudent, ut ſacrificuli facilius evadere poſſint.

Sunt & poetæ, quos propria lingua *naturales* vocant, ſcita dicta & ſatis pulchra carmina componentes. ab eis noſtrum in morem illuſtrium virorũ laudes carmine exponuntur, proſperique juxta & infauſti eventus celebrantur, ac facinora, quę in vulgus demiſſa, truci quodam cantu, ac potius agreſti, canuntur: nihil enim, niſi quod clamore impleat aures, concinnum illis aut ſuave videtur; quique altius obſtrepit, eo perfectior muſicus ac celebratior. ſic & citharœdi, tibicines, ac tympaniſtæ, rudibus modis pulſantes, moduliſque agreſtibus atque aſperis mæſtum quid flebiliter occinentes, aut verberantes; ut non ad aures demul-

cendas, ſed potius ad incitandos in anima ſpiritus ferociamque excitandam reperti videantur. qui dulciori ac tenuiori cantus & ſonorum generi ſunt aſſueti, concitato ac truci illi cantui patientes aures difficile præbere poſſunt: neque ipſi Turcæ muſices ejuſmodi, cujuſcunque ſit, ſatis cupidi vel ſtudioſi ſunt. Quoties bella non ineunt, curandis equis, exercendiſq; corporibus, leporum aut volucrum venatui incumbunt. Aleam non noverunt taxillis ſcacchiſque ludunt; nec pecuniis certant. Non comœdiis, non tragœdiis, vel ſimilibus ſpectaculis, vacant. ea eſt voluptas, equitare in ludicra, ſagittis ac miſſilibus in certamina ſe exercere. Plebs varios tractat luſus: ſuper funes ambulare; frameas inter ſaltare, aut pſallere; animalia inſolitum aliquid edocta, ferasve cicuratas in publicum educere; ſuper laxos funes ſedentes aliena manu per auras ultro citroque impelli; ſaxa immenſi ponderis volvere; ac ſimilia.

Non luſibus aut ſpectaculis ullis mulieres unquam admittuntur ſpectatrices. in nullo enim apud illos honore, præterquam ob prolem, habentur. In publicumque, niſi velato ore & manibus, ut vix viſui pateat locus,

non exeunt. Neque ditiores veſte diſtinguuntur. præter enim viridis, nigri, vel violacei coloris laneam veſté, aliam haud ferre licet. Aurum vel ſericas veſtes geſtantibus pœna; idque fœminarum ad luxum æmulationéq; coercendam; cum eas hominibus tantum inſerviendi gratia natas arbitrentur. Maxima illas cura cuſtodiunt, ut nullas in publicis viis proſpectantes feneſtras eis relinquant, ditioreſq; balnea domi extruant, ne occaſione lavandi hac vel illac vagentur; gnari, vix præſenti cuſtodia manere illæſa conjugia; & quid foret, ſi, quam velint libertatem, haberent. hinc earum regionum mulieres pudicitiam melius bonorum non cenſent; vetitis enim rebus gliſcit voluntas. Capillos ungueſque rubro colore, oculorum vero palpebras nigro inficiunt. Dextrocheria cingulaque aurea brachiis & cruribus ſuper carnes geſtant; ſic & ſericos auroq; diſtinctos thoraces, caligas, induſiaq; acu picta; quæ cum exeunt, veſte obteguntur. Munditiæ ſtudent; ob id balnea frequentant; in cæteris non pudore, ſed vi ac legum timore deterrentur. Non lanificio, aut ſericeæ arti vacant, ſed pulchris conficiendis telis, acuque pingendis ſtudent.

Cum

Cum nubunt, conjugum nomina à Iudice in libro ad hoc deſtinato perſcribuntur. quæ cæremonia apud illos vocatur adulterium ſcindere: poſt hæc enim ſunt conjuges. quod ſi aliqui ſimul deprehenderentur, adulterii pœnam ſubirent. Si diſſidium oriatur, eadem nomina delentur, virique uxores remittunt, aut invicem ſeparantur, ne ea quæ apud concordes vincula ſunt caritatis, apud infenſos validiora irarum ſint irritamenta. Ne autem levi quacumq; de cauſa divortium fiat, inter conjuges pactum ſæpe firmari ſolet, ut, qui conjugium abnuat, ſepararique velit, pactam pecuniæ ſummam alteri numeret.

Divortii duæ ſunt cauſæ: ſi victũ vir neget: vel, ſi contra ſexum uxore abuti velit; quod ante Iudicem accuſatrix fæmina, dum ſibi verbis exprimere verecundum putat, calciamento pedibus detracto, ſoleaque ſurſum verſa, ſignificat.

Vxorum indefinitus eſt numerus; quot enim quiſque voluerit, abſque ullo impedimento ducere poteſt. vulgi tamen frequentior mos eſt; nobiliores enim ut plurimum una contenti degunt. Ab Imperatore nulla ducitur uxor certa, etſi multas intra ſeptum

mulie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

mulieres alat, quæ tamen primogeniti fuerit mater, cæteris major & Imperatoris uxor appellatur.

Dotem mulieres noſtrum in morem maritis ferunt; quam orto diſſidio abeuntes auferunt; ni fuerint adulterio deprehenſæ; tunc enim demerguntur. Ancillarum uxorumque nati æquales, ac ex æquo patri cohæredes; quid ſpurium, minime diſtinguentes, niſi quantum quis patrem ignorat. Ancillis ad primum ex domino partum, eo etiam invito, lege libertas datur.

Non domum aut domeſtica curant uxores; Captivorum id munus eſt; quos priſcorum more Romanorum detinent, ac, ut libitum fuerit, manumittunt: iis per familiam deſcripta noſtrum in moré ad miniſteria utuntur. Libertorum eadem jura quæ apud Romanos. Verberare ſervum, ac vinculis & opere coercere, unicuique licitum; necare autem nefas: Dominorum fortunæ uxores; ac vita in manibus eorum eſt; ut melius quidem ſe habeant, quam famuli hic apud nos mercenarii; non enim in captivos hoſtiliter agunt Turcæ, ſed, ne aufugiant quo poſſunt, humanius pertractare ſtudent. Myſtaces barbamque

eis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

eis abradunt, ut, ſi aufugiant, agnoſci poſſint: nullis catenæ, niſi qui in ergaſtulis aut triremibus detinentur: ii namque laborem inter & inopiam velut apud nos, tractantur. Eſt platea Byzantii, ad id ſolum deſtinata, ubi multa millia omnis ætatis ac ſexus pecudum in morem quotidie væneunt.

Imperatoris captivi nulla in re ipſi famulantur, niſi qui remigio ſunt deſtinati: cæteri duobus in locis cuſtodiuntur: nobiliores in turribus maris nigri, difficulter admodum unde effugiunt, quod à continenti paucis abhinc annis revulſæ ſunt: reliqui duobus in ergaſtulis Byzantii. Nemini autem horum libertas pecunia patet: in gratiam Legatorum, vel Principum externorum, alicujuſve de Ottomannico Imperio optime meriti, dimittuntur, aut captivis Turcis permutantur; Imperatorem enim mercimonia nulla exercere dicunt. Non tamen eorum qui Byzantii detinentur, deſperata libertas; nam & facile aufugere poſſunt, cuſtodeſque alium corpore ſimilem captum ejus in locum ſæpe ſubſtituunt, quem accepta majori pecunia clam dimittunt, eumdemve ut mortuum noctu clam efferunt.

quæ

quæ quidem ob magnam captivorum copiam facilius eveniunt: at quia non omnibus Legatorum preces externorumve Principum interceſſio adeſſe, vel opportuna pecuniæ vis comparari, aut domo tam facile ſuppeditari poteſt, quibus benemeriti alicujus voluntas, cuſtodumve gratia & auxilium ematur; multi, quod aliter non pateat libertas, à propria deſciſcentes, ad illorum inſulſam inanemque tranſeunt religionem. Vbi omnibus illico, juxta cujuſcumque conditionem aut captum, abunde providetur; adituſque ſtatim ad omnes dignitates oneraque pateſcunt. quæ præcipua ſemper illius ſectæ fuit incrementi ratio. rudes enim cum Turcæ ſint, ac nullo diſciplinarum generi dediti, artificiorum nil proprii inventi, ſed omnia à nobis habeant; nil mirum, ſi externæ opis indigi, eos, qui à nobis deſciſcunt, tanquam ſibi aliqua in re profuturos, commodo atque honore recipiant. quod quidem Turcis ipſis à propria diſcedentibus religione non accidit; rudium ubi ejuſmodi hominum nullus eſt uſus; ut, cum nulla aut parva eorum habeatur ratio, omnium fere ignari, ac unde vivere neſcii, neceſſitate ſæpius quam nequi-

tia

tia impulſi, ad ſuos iterum redeant, & conceptum in eas nationes odium, inſigni multorum periculo exerceant. Ii ſunt Turcarum mores, & inſtituta, ut apud exteras nationes difficile ad modum vivere poſſint: Ac, ni perſuadum hoc utrumque genus hominum foret; qui per Turciam mercimonii alteriuſve rei gratia evagantur, vel qui ſacroſanctæ fidei propagandæ cauſa ſacerdotes noſtri eo proficiſcuntur, non adeo magnas difficultates & impedimenta reperirent. naturales enim Turcæ, morum non ingrata ſimplicitate, pii admodum atque hoſpitales ſunt, ac, ſi quid impium aut barbarum hic exauditur, totum illorum, qui Chriſtum ſemel abnegarunt, eſt opus aut perſuaſio.

Chriſtianorum ſub Turcis miſera condicio.

SI calamitates, ac injurias omnes, quas miſeri patiuntur indigenæ Chriſtiani, recenſere vellem, aut tanta rerum copia fatiſcerem, aut dictis forte fides deficeret. ea tantum ediſſeram, quæ propoſito ſermoni huic meo convenire putabo. Iacet ingens ac miſeranda Chriſtianorum colluvies, victu habituque fæda, non ſo-

ſum

ſum per longinquos Aſiæ ſinus, ubi religionis Chriſtianæ vix reliquum germen conſpicitur; ſed per Europam nobis conterminam, noſtriſq; fere oculis ſubjectã. unde major Turcis curarum exercendæque ſævitiæ cauſa; quam ſubditis omnibus inſita in dominantes pervicacia etiam adauget. Hi non domum, non agros, non pecudes, non uxorem, non filios, neu quicquam aliud proprium aut tutum habent, quin barbari cujuſcunque privati, ne dum dominantis injuriæ, non ſit expoſitum. Sed velut in diverſis terrarum tractibus ſiti ſunt, plus vel minus etiam contumeliarum ſentiunt.

Qui Aſiam incolunt, magis vexantur, ac magis illi, qui in extremis Imperii finibus ſedent, ob ſuſpiciones dominantium in animis validas, & ob nimiam locorum diſtantiam, qua in ſupremo Byzantii conſilio, vel ab Imperatore, non tam facile exaudiri poſſunt oppreſſorum querelæ. Hi ſunt Armeni, Aſſyrii, Chaldæi, Meſopotamii, Arabeſque. Qui quamvis Chriſtum profiteantur, in variis tamen erroribus pertinaces, ac nobis averſi, nobiſcum velut æmulationes exercere videri volunt; &, ſi quando aliqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

in nos obſequium oſtendunt, n
ſemper ſincere vel abſque aliqua p
culiari ſpe id faciunt; natura & aſſu
tudine ſævo ſub Imperio fallacias
fraudes edocti, ſordida velut fæx aſſu
taijugo, difficulter admodum abſq;
vivere poſſunt. Omnes iſti partim A
riani ſunt, partim Neſtoriani, Iac
bitæ, vel Græco ritu ſchiſmatici; a
Coffiti, qui Turcarum more circun
ciduntur, frontem vero ſignata
igne gerunt, velut Abyſſini ſub pr
prio Imperatore *Prete Iani* appella
degentes. Maronitæ ſunt pauci, iiqu
inter tot ſoli Catholicæ fidei obſe
vantes; Ad quam reliqui non ſi
magnis difficultatibus perduci poſſen
ob maximam à nobis diſtantiam,
pericula omnibus indigenis, ne du
externis, parata; Turcæ etenim in i
partibus propriæ ditionis ac fid
valde zelantes, & ſuperſtitioſi, ſubd
tos angunt, novaque nequicquam
ſine auro patiuntur.

Hiberi autem & Albani, qui &
Circaſſi à nobis dicuntur, fortitudin
ferociaque finitimis longe præſtante
Ægyptiorum prius Mamaluccorum
mox Turcarum diu præda, incurſio
numque materies, nunc malis tot pau
lulum quodammodo levati videntur

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quod certa tandem ipſorum accipere Imperia didicerint; captivitatis idcirco haſtæque periculo quattuor tantum ab hinc annis lege exempti. Hac eadem immunitate Hyrcani, Colchique, alio nomine Georgiani, juxta Caſpios Hyrcanumque mare, proprio ſub Principe, quem à Turcis habent, multorum libidini ſerviunt, proprii ſcilicet Principis Turcarum ac Perſarum; quorum quo brevior, eo acrius exercetur. Cum ſchiſmaticis arrianizant. Et iſti, velut Circaſſi, varias inter errorum tenebras (à quibus facile retrahi poſſent, ni Princeps eorum, calumnias & pericula veritus, quod cum Italis quodammodo conjurare videretur, impedimenta vel moras nexurus eſſet) avia quidem abruptaque incolunt iſti fœdiſſimis moribus miſeraque paupertate inſignes; numero tamen ac conſtantia tantis hoſtibus impares. Vnde latebras auxiliave tantum ſordidi implorant. Sic in tota Aſia nulli majoribus conflictantur oneribus & ærumnis, quam Armeni ac cæteræ nationes juxta Perſarum confinia ſitæ. Nam Turcæ ad bellum in Perſas proficiſcentes, cum per harum gentium regiones neceſſario tranſeant, apud quemque velut in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

proprias domos vi divertunt, & qui
quid illis placuerit, jumenta & filic
abducunt. his malis remedia miseri
ſylvis & rupibus petunt; ubi ſeme
ipſos, armentis ac frugibus ſparſi
abditis, belli tempore condunt.

Præter hos Druſii, gens ferox,
quamquam circumciſa, nullius tame
ſere religionis, amica nobis, contu
max Turcis, Palæſtinæ partem, Liba
num ſcilicet montem, incolit; pro
prios Emirios (hoc eſt Arabice Prin
ceps) habet; locorumque anguſti
freta, Turcarum ſæpius in ſe arm
concitat, ſed ob paucitatem ac dome
ſticas Emiriorum diſcordias impar
non raro eadem infæliciter experitur
Gallorum reliquias ferunt, qui ſu
Balduino & aliis Hieroſolymorum re
gibus Palæſtinam ac Syriam invaſere
quod & illorum ex Gallico in Arabi
cum declinans & corruptum idiom
teſtari videtur. In Mahometiſmum
que paullatim, diutina Sacerdotum
penuria, & ob neceſſariam cum Tur
cis conſuetudinem, à quibus circum
undique ſepti ſunt, lapſos memorant
quod ſi reſipiſcere vellent, altioris eo
rumdem odii metu non tam facile
auſuros crederem; nullos autem Tur-
cæ, dum proprium declinaret Impe-

rium,

ſium, his infeſtiores magiſve inſulſantes hoſtes experirentur.

Superſunt qui reliquas Aſiæ maritimas incolunt oras; Hi omnes Græcę ſunt religionis, & linguæ; Turcis permiſti: Multitudo ingens, à Carmania per Ionii, Aegæi Euxinique maris littora, Trapezuntem ac The odoſiam uſque continua, & variis in locis per continentem effuſa; per Phrygiam ſcilicet, ac Bithyniam; ubi pannis undulatis ex caprinis villis contextis, *Zambellotto* apud nos appellatis, perpetuiſque lanificii operibus conficiendis, inſudant: Ancré ſcilicet, Anguri, Pruſſaque, præcipuæ locorum eorum ſunt ſedes: Catholicorũ commercio haud expertes; nam & à Venetis, Epidauriis, Galliſque mercatoribus frequentantur: at ſchiſmatici fere omnes nobis averſi, ac proprio in dogmate pertinaces. Non adeo crudeliter in iſtos debacchantur Turcæ, quod ab alienis potentiis disjuncti, velut ſub oculis ipſorum ſedeant; aſſiduis tamen oneribus explendæque miniſtrorum avaritiæ obnoxii ſunt. Ex his omnibus Timarri ſuperius jam enarrati conſtant, qui Domino Timarrotæ decimam tantum frugum animaliumque præbent, ac nihil ultra tenentur. ſic &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ruſtici Mahometani, quorum ingens copia Aſiam incolit; ſed in hoſce non tam late tyrannidem exercere audent.

Velut autem Chriſtiani Aſiatici variis erroribus hæreſibuſque ſunt involuti; ſic & Mahometani ad Perſicos ritus declinant, & ob id Europæis dominantib⁹ inimici: unde plures in Aſia rebelliones ac turbæ quam alibi ſub Turcarum dominio enaſcuntur. In Ionio mari Cyprus Rhodoſque jacent, Aſiæ pertinentes. Eo maxima eſt advenis appellendi conſiſtendique difficultas; ob ſuſpiciones Chriſtianæ claſſis, pro exploratoribus omnes accipiuntur, & moleſtiam ſentiunt. Cyprus tamen liberius ob magnam mercium copiam externis patet. hic aliqui reperiuntur Maronitæ. At Rhodi perpauci Catholici, publicoque inſolenter exercitio prohibiti; reliqua Græci ſchiſmatici. ea in arce relegantur ſæpius Chriſtiani Principes, ac Tartarorū Hani, qui Turcarum Imperio ſubſunt, cum non extrema ſupplicia meriti provinciarum regimine ſpoliantur, ne turbas aut quid aliud concire poſſint.

Hebræo-

Hebræorum exercitia apud Turcas.

HEbrçorum porro per omnes haſce infinita ubique reperitur copia. Inſignis enim in tota Turcarum ditione urbs nulla reperitur, quæ frequenter à perfido obſtinatoque Iudæorum genere non incolatur. Conducta telonia fere cuncta per eos adminiſtrantur. Execranda fænora, merces, fædamque, velut apud nos, ſervitutem exercent; ubi liberius in nos veteris odii rabiem effundunt: neque enim fideliores uſquam exploratores habent Turcæ, certioreſve alios, perpetuoſque magis hoſtes Chriſtiani experiuntur.

Regimen provinciarum Turcicarum.

IAm omne iſtud ſpatium in Aſia, quod poſſidet Turca inter Euxinum, Adæum, mediterraneumq; mare, Aegyptum, ſinum Perſicum, oceanum, & mare rubrum, Euphratem, ac mare Caſpium, per octodecim Beglerbeios regitur; quorum tres tantum Vezirii ſunt, reliqui Paſſæ.

Vezirius eſt, qui Anatoliæ, Aſiæ ſcilicet minori, præeſt, cui Phrygia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Caria, utraque Myſia, Colchis, Ionia, Doris, & Lydia, ſub Sangiakis parent. Veziriuſque ille eſt, cui Bagdat, vel Bagadet, (utrumq; enim dicitur) hoc eſt, Babylonis, cum maxima deſertæ Arabiæ parte, committitur regimen. Veziriorumque tandem uni Iemen, Arabia ſcilicet fælix, ejus Imperii remotior provincia, ſpectatæ virtutis ac fidei viro cuſtodienda traditur: ob id omnium honore ac dignitate præfecturarum major habetur.

Ceteris vero Paſſis hæc diſtribuuntur; Caramam, id eſt, Caramania, Ciliciam Pamphyliamq; continens; cujus provinciæ ſedes Hama, videlicet antiqua D. Pauli patria Tarſus. Aladuli Cappadocia, Iſdrum Galatia, Ermeni Armenia minor; Sivas Armenia major, ea ſcilicet pars abrepta Perſis: Kerſul Phœnicia; Erzirum Aſſyria; Servan Media; Balſſará Chaldæa; Diarbek Meſopotamia; Medine vel Medine Tanalbi Arabia Petræa, Mahometis ubi ſepulchrũ ſtulte colitur: Alap Comagena, nobis Aleppo, Eufratis juxta ripas, Syriam ſub ſe continens omnem; Sam Damaſcus; Laſcija Palæſtina; Chipris Cyprus in mediterraneo inſula. hi omnes, ut jam ſuperius dictum, Imperatoris ex libitu quotidie mutantur. eis ducenti quin-

quinquaginta & ampliusSangiaki ſub-
ſunt. quorum quiſque partem provin-
ciæ ab Imperatore ſibi demandatam
regit, *Beyſ*que alio nomine timarro-
tes præeſt. horum in Aſia numerus
tercentum viginti mille & amplius
eſſe, Imperatoriis ex rationibus per-
hibetur; *Bey*que ſinguli milites aliquot
juxta Timarri cenſum decretos alunt:
unde innumeras Aſia copias Impera-
toris ad nutum paratas miniſtrat; præ-
ter eas, quæ quotidiana ſolutione in
confiniis detinentur.

Africani Turcis ſubditi.

PAuciores Africa bello gentes, ſed
meliores habet. inibi enim Turca-
rum haud tam late debacchatur Im-
perium. Per eam Chriſtiani vix ſemina
nominis reperiuntur; quæque ſunt,
Neſtorianam innumeris erroribus aliis
commiſtam profitentur ſectam. ma-
gna noſtratium ubique, præterquam
in Aegypto, captivorum reperitur co-
pia. incolæ tot injuriis, eaque tyran-
nide premuntur, ut Aſiatici Europæi-
que fęlices apud illos appellari poſſint:
non equis inſidere, non arma, fer-
reumve quicquam, præter ligonem ac
ſecurim, domi habere permiſſum; aſi-
nos, mulos, cameloſque tantum obe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quitant, ligneiſque vomeribus utuntur: ſi quid pulchri, veſtem, aut aliud, pecudemve teneant, vi aliqua ſtatim extortam amittunt: quicquid habent frugum, aut aliud, ſparſim abdunt: vitam per mapalia miſerrime degunt, ut nec ubi cubare, neu quicquam uſui quotidiano commodum habeant. Opulentiam porro Aegypti, terræ ſcilicet ubertatem, incolarũ frequentiam, Nili incrementa, Memphis magnitudinem, pyramidum miracula, mirandaque ejus regionis alia, quæ vidi, audivique, ſi referre vellem, parum me iis addere poſſe crederem, quæ à graviſſimis tot ſcriptoribus tradita ſunt. id tantum referre libet: Aegyptum, poſtquam tyrannica Turcarum ſub dominatione cecidit, etſi de priſtino ſplendore ac potentia multum amiſerit, opulentiorem tamen ac locupletiorem Ottomannici totius Imperii provinciam eſſe, tantumque proventus inde ſibi capere Turcam, quantum ab Aſia ſeparatim, vel ab Europa percipiat. ob id Veziriorum uni probatæ virtutis ac fidei viro tantum demandatur: nulla enim majoris eſt reditus provincia Præſidi; nec majoris, præter Arabiam fælicem enarratam, honoris ac dignitatis habetur alia. Africæ reli-

eliqua, ſuperbo Turcarum dominio ubjecta regna, in modum potius eipublicæ ſe gerunt, quam quod Im-eratorem habere videantur; utque ongius ab ipſo Imperii centro ſiti unt, eo magis ſervitutem abnuunt: Totum quod porrecto eo terrarum n tractu præter Aegyptum poſſidet Turca, Abyſſinis, Lybiæ interiori, me-literraneo mari, Feſſæ Marocchique egnis contiguum, Mauritaniam u-ramque continens, Barbaria nuncu-patur; quod Arabice *barbar* deſertum ignificat; deſerta enim ea eſt maxime: Turcis tamen & Arabia dicitur, quod Arabica utantur lingua indigenæ.

Africa, quæ Turcis ſubeſt, in quinque præfecturas diviſa.

AFricæ ſibi ſubjectam partem in quinque præfecturas tantum divi-dunt Turcæ. unam *Miſsir*, vel *Mſsir*, hoc eſt, Aegyptum, Vezirio tradunt: reliqua Paſſis: *Abaſs'* videlicet, vel *Abaſsi*, Abyſſinam Aethiopiæ partem Aegypto conterminam, Abyſſinorum Imperatori ereptam; *Triplis*, Barcæ regnum, quod valde deſertum eſt; *Tunis*, Tunetanum, aliis Themiſa: *Gezaer*, Teleuſinum, aut Tremiſea; cujus Gezaer, idem qui nobis Algieri,

caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

caput eſt. Finitima his Marocchi, & Feſſæ, Gaditanum prope fretum regna, propriis ſub regibus Maurorum incurſionibus maxime obnoxia. Ottomanico ab Imperatore quietem ac ſecuritatem muneribus emercari coguntur. Septuaginta & amplius Sangiaki per ſupradictas præfecturas militiam deſtinataſq; ſibi provinciarum partes curant. Duodecim Cayri ſemper reſident; quibus mille equitum totidem parent; nullis Timarris, ſed ſtipendio quotidiano ab Imperatore detenti, coërcendis tantum indigenis, (quia nulli ab extrinſeco metus,) ipſoque Vezirio Præſide, ſi quid auderet, deterrendo. contumacia idcirco in eumdem permittitur illis, neu quemquam alium præter Imperatorem cognoſcere datur. Bey, vel Timarrotæ, ad octuaginta millia & amplius his in provinciis reperiuntur; à quibus alii ex conſuetudine milites aluntur. Non eſt ejus momenti pars Africę iſta, ab Ottomannis poſſeſſa, excepta Aegypto, ut non ſpeciei plus ac nominis habeant, quam virium opumve re ipſa contineant.

Regio-

Regiones ſub Turcis in Europa.

SVpereſt nunc, ut florentiſſima olim Europæ regna, Turcarum immani nunc mancipata jugo, percurram. Quibus nil aliud præter ſoli fæcunditatem cœlique temperiem priſci remanſit. Reliquæ, ſcilicet Græciæ partes, Thracia, Macedonia, Epirus, Hungarorumque regibus jam ſubjectæ provinciæ, omnia quidem, licet valde imminuta, atque undique devaſtata, ob peculiarem tamen Europæorum induſtriam & ingenia ſupradictis Africæ partibus anteponenda videntur. Omnia iſthic ab indigenis Chriſtianis excoluntur: agricolæ Turcæ prope nulli; propterea quot poſſunt, abſque ulla pietate proventus excerpunt. Græciæ partes in Europa, Ægæi ſcilicet maris inſulæ, Achaia, totumque continens illud, Byzantium uſque, floridum ſatis eſt; Græcis ſchiſmaticis Catholiciſque multis cultum, imminentes ubique Turcas & avide cuncta exugentes habet. Inſularum pars major deſerta eſt; &, quæ inhabitantur, excepta Chio, Mytilenis, Theſſalonica, Samo, Eubœa, Turcis expertes ſunt; *Cadi*, hoc eſt, Iudicem, Turcam, ſingulæ tamen habent; quibus

bus non aliunde proventus fere eſt quam ex ſchiſmaticorum Catholicorumque perpetuis altercationibus atque diſcordiis. quæ cauſa eſt, ut ſacerdotibus Eccleſiaſticiſque miniſtris Catholici ſæpius careant. Non ærumnæ, non verſa eorum conditio, non dira neceſſitas, peculiares majorum mores abrogavit; infida prior fides, fallaciæ, ſuperbia contumax, averſuſque à Latinis animus, remanſit. ſed cum vires amiſerint, odia per calumnias tantum ac delationes exercent. Superius enarratæ inſulæ Sangiakis & Belghis, aſſignatas ad triremes alendas, in ſtipendia conceduntur: aliarum proventus ad univerſæ claſſis uſum inſerviunt; omneſque cum portubus continentis, urbibuſque maritimis, ſupremo claſſis Præfecto parent. Quæ per Cadios reguntur, plus offerentibus cujuſcumque religionis hominibus locantur: & quamvis per aliquod anni tempus liberæ quodammodo videantur, acrius tamen adveniente maris Præfecto, vel quocumque claſſis privato duce, ſervitium ſentiunt. Nemo advena in toto Turcarum Imperio facilius quam in iis locis periclitatur. quo fit, ut eorum epiſcopi, vel alii ſacerdotes Catholici, externis,

quam-

quamvis uberem habeant meſſem, à ſchiſmaticis tanquam exploratores accuſati, Cadiorum aufugiant tribunal, aut miſere pereant, ſalutemve multo auro redimere compellantur. Inter cæteras, Chios, olim Ianuenſium colonia, opportuno maris loco ſita, vini maſticheſque ferax, Italos prope ſervat adhuc mores: in ea plures Catholici ſunt; cœnobia, monachi, Ieſuitarum collegia, ſcholæque noſtrum in morem frequentatæ: ſuperiorem urbis partem arcemque ſoli inhabitant Turcæ: reliquo in littorum tractu pauci de Catholica religione bene ſentientes reperiuntur. Byzantii, ac Peræ, (Turcis alio nomine *Galata*, à *gala*, quod Græce lac ſignificat, ſic dicta; quod inibi Græci venundandum è regione Byzantii deferebant.) publicæ ſunt Eccleſiæ, cœnobia, monachi, Ieſuitæ, ac alii; cum quibus libere abſque ulla ſuſpicione verſari fidemque publice profiteri permiſſum. De legatis exterarum gentium vel regum non loquor, quibus intacta quolibet terrarum ſunt jura. Thraciam ſchiſmatici omnes colunt: Gallipoli tamen, Abydum juxta, Franciſcani reperiuntur monachi unus vel alter; ſed magis occaſione loci quam gentis

gentis; velut etiam Aſiatico in l[...]tore Smyrnis; nemini enim ult[...] Boſporum illud, vel citra, niſi prius[...] publicanis inibi degentibus obten[...] venia, navigare datur; tanta eſt du[...]bus in caſtellis eis tormentorum c[...]pia, ut facile unicuiq; tranſitus inte[...]dicatur. Reliqui ad Bulgariæ fines uſq[...] ſchiſmatici ſunt pertinaces, ſuprad[...]ctis criminibus vitiiſque repleti. qu[...] circa nullos, aut raros è Græcis, q[...] ad Turcicas ſuperſtitiones ſe conf[...]runt, ad onera ſummoſque dignit[...]tum apices (velut etiam alibi extern[...] de ſubditis videre eſt) unquā evehu[...] vel admittunt: honorum tamen ac d[...]gnitatum ſpecie quadam, ad retinen[...]dam vel extruendam aliorum fidem[...] more alibi recepto, devotiores conde[...]corantur.

Reliquum eſt, cæteras Europæ pro[...]vincias & regna Turcis poſſeſſa eoden[...] ordine proſequi. Statim igitur po[...] Græciam, Thraciam, ac Macedonian[...] adeſt Epirus, Bulgaria, & Servia. Tot[...] eo in ſpacio, exceptis uno alterov[...] Turcarū pago, ad montis Hæmi clau[...]ſtra ſitis, cultores nullos Mahometa[...]nos eſt reperire: à Chriſtianis enim [...] tantummodo excoluntur, Græcis præ[...]ceptis & fide imbutis. Verum quo ma[...]

gi[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

is Hungariam & Boſnam verſus prc-
editur, eo Catholicæ fidei addictiores
eperiuntur. Quodni Græci intranti-
us ſua jura Catholicis ſacerdotibus
bſtarent, calumnias ſtruerent, Tur-
aſque Cadios in auxilium excitarent;
nulti ad Catholicos ritus illis in con-
iniis facile pertraherentur: Ingentia
nim & ultra vires tributorum onera
utura, ſi contrahatur ſibi dictio, con-
ueruntur: Conſtantinopolitan⁹ nã-
ue Patriarcha quotannis aureorum
riginta millia præter alias expenſas
mperatori pendet; quæ omnia è mi-
eris ſuę religionis ſacerdotibus, mo-
achis, ac plebe, per varias artes emũ-
it, aut per extorſiones undique cor-
ogat; Chiauſſios enim habet Impera-
orios, & Ianizeros, ad tuendam di-
nitatem aſſignatos, quibus in contu-
aces invehitur, & cætera exequi ſu-
it. Sophiam juxta (civitas hæc eſt in
ulgariaByzantio venientibus prima)
hiſmatici Patriarchæ jura ceſſant,
bi primum diverſa à Græcis lingua
idigenæ utuntur, à Bulgaria nomen
ortita, Illyricæque perſimili: quę cæ-
erarum, præterquam HungariæTur-
ici Imperii ditionum, in Europa pe-
uliaris ac genuina eſt; pronunciatio-
e tamen ſecundum provincias dif-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

fert: neque una atque eadem eſt lin-
gua hæc cum Turcica, ut multi op-
nantur, ſed adeo differt, ut eorũ ne-
ter alterum loquentem ulla ratione
intelligere queat: verum ob aſſiduam
cum incolis conſuetudinem, vel quo
multi Turcarum è Chriſtianis ſu
orti, aliqua ex parte eam noverunt,
ſervilem tamen averſantur, &, niſi
liqua neceſſitate premantur, ea uti n
conſueverunt. Non tam acrem hu
uſque tyrannidem experiuntur inc
læ: quantum enim à centro vaſtæ h
jus monarchiæ circumferentiam ve
ſus receditur, tantum ſævitiæ injuri
que creſcunt; ur, qui proximas Byza
tii ſedes habent, liberi ac fælices ab
liis remotioribus acclamentur. Ex h
provinciis magnas componunt vir
Turcæ; frequenter enim inhabita
tur. unde multos ad arma idoneos
lunt, ac tanquam diverſæ religion
ſuſpectos. Sed nihil ęque toto in Imp
rio formidabile habent Turcæ, ac i
domitam Epirotarum ferociam, m
gno ſui diſcrimine toties expertam; c
propter ardua locorum, niſi ultim
gentis excidio, conſulere ſe umqua
poſſe non credunt. eoque magis a
guntur, quod Macedonia, Thr
cia, conterminæque provinciæ,
ctoru

[...]orum fortunam ſequuturæ viden-
[...]ur.

Bulgariæ & Serviæ populi Chriſtiani.

AT Bulgariæ Serviæq; pars reliqua, ſicut per ingens porrigitur ſpatiũ, [...]ta maximam gentium continet col-[...]uviem. Hic primum, ut dixi, catholi-[...]os paſſim eſt reperire; neq; alibi Tur-[...]arum ſub ditione uberior vel major [...]ſt cultoribus egens meſſis. quam plu-[...]imi enim ob ſacerdotum inopiam in [...]varios errores ac nugas declinarunt; [...]neque jam ſciunt ipſi quid credant: je-[...]unia obſervant; ac nomina Chriſtia-[...]na ſibi imponunt, quibus à Turcis dif-[...]ferunt: cætera rudes. Omne illud ter-[...]arum, quod inter Moach (ubi Ladis-[...]laus Hungariæ Rex, fractus à Turcis, [...]fugiens equo provolutus in cœno mi-[...]ſere periit) & Nis Bulgariæ pagum, [...]Vſcopium urbem, Valiovam Boſnæ [...]pagum, Danubianas circum ripas ja-[...]cet, per decem & amplius dierum lon-[...]gitudinis, trium vel quatuor latitu-[...]dinis ſpacium, ab hujuſmodi Catho-[...]licis inhabitatur, qui jam per Ieſuitas, [...]aliosque Sacerdotes, ad rectum iter [...]paulatim reducuntur. Nulla præter Aegyptum Ottomanico Imperio ma-

joris frugi ditio, frequentioribusve incolis eſt repleta : unde militum haud ſpernendam manum ſuſtentat.

Boſnæ regnum quale ſit.

CONterminum his Boſnæ regnum etſi inter excelſa mõtium Alpiumque cacumina ſitum, ſupradictis tamē provinciis ubertate haud multum inferius. auri argentiq; adeo & aliorum metallorum eſt ferax; ut à Turcis non levi diligentia cuſtodiatur, inibique ſolum extra morem arces locorum ſitu naturaque fere inexpugnabiles retineat Imperator, easque niſi probatæ fidei hominibus committat; qui neque Gubernatores ullos, nec ipſum Præſidem Paſſam admittunt, vel ei ulla in re obediunt. Non adeo vaſtatum eſt regnum illud: nullibi tamen acrior accuſatorum vel calumniantium vis reperitur, qui aliud nihil quam huic atque illi periculum faceſſere curant. Incolæ omnes Catholici; Franciſcanorum cœnobia multa publicaſque Eccleſias ubique habentes. Eſt aliud eo in regno hominum genus *Potur* appellatum; qui neque Chriſtiani ſunt, neque Turcæ; circumciduntur tamen, peſſimique habentur. Devoluto Turcarum in manus Boſnæ regno, multa homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

hominum millia uno atq; eodem tē-
pore à Solimano Imperatore locum
veniamque ad Turcicam religionem
Chriſtiana fide abrogata poſtulaſſe fe-
runt; miratumque Solimanem, hujus
rei cauſſam percunctatum, ab eis re-
ſponſum hoc habuiſſe, ut tributis, quæ
loci ejus indigenis Chriſtianis impo-
nebantur, ea ratione levari poſſent:
(nullibi enim Turcæ in Europa tribu-
tum vel quicquam aliud pendunt: o-
nera cuncta penes Chriſtianos ſunt:)
ſtomachatum ejuſmodi fœda homi-
num impietate Solimanem, pro ſim-
plici tributum impoſuiſſe duplex; eo-
rumque filios ad Ianizerorum præto-
rii numerum ordinario puerorũ dele-
ctu ſupplendum cum cæteris deſtinaſ-
ſe dicunt. inde Turcis æque, ac Chri-
ſtianis, inviſi, tanquam nullius fidei,
homines illi. Incolæ ipſi, vaſta firma-
que membrorũ compage fortes. prio-
rem ferociam tanto impares hoſti re-
tinent. hinc haud ſatis fidunt illis Tur-
cæ: alter enim tantum Skenderbegh
illis deeſſe videtur, Illyricũ omne, Dal-
matiæ, Croatiæ, Hungariæque partes,
à Turca poſſeſſas, facile pertracturis;
quod recens ſubactæ fœdam ſervitu-
tem intimis nondum præcordiis ex-
hauſerint. Superioribus bellis incen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

dio maxime ſunt devaſtatę;quod in u-
niverſum eæ gentes crate limoq; con-
fectas domus, & paleis, ampla igni
materie, contectas, inhabitent. Fero-
ces ſunt adhuc, agrorumque cultura
juxta morem Hungarorũ haud mul-
tum dediti. Eos inter Calviniſtæ Ar-
rianique multi; reliqui ſunt Catholici.
Qui quidem non adeo male tractan-
tur, quin pejus Chriſtianorum ſubdi-
ti ab ipſiſmet Dominis non exagiten-
tur. Vidique ſæpius ipſe ruſticorum
haud exiguam multitudinem,proprii
deſperatione domibus incenſis, in
Turcarum ditionem cum filiis, uxo-
ribus, jumentis, ac tota ſupellectili
aufugientem, quod à Turcis ultra de-
cimam parum torqueantur. Hinc fa-
ctum eſt ſæpius, quod noſtri exercitus
in bellis Hungaricis ſuperioribus ſi-
mul ac Ottomannorum fines intra-
runt, ruſticoſque Chriſtianos pro ſpe
amicos vel fautores non invenerint;
immo latebris fugæque intentos eos
tantum reperierint: non enim extor-
ſionibus furtiſve in exercitu ſat prohi-
beri poteſt. Secum omnes bene agi
putant,ſi fortunæ mulieresque intactæ
relinquantur. his apud Turcas ob ma-
gnam obedientiam facile præcaveri
poteſt. Hungariam Turcæ ſuam
armi-

rmis ac ſanguine vel incolarum per-
da inconſtantia partam, ea cura cu-
odiunt, ut arcibus vacuas partes mi-
te adverſum ingruentia parato com-
leant: nullum enim majus ſibi dede-
us putant, quam ſi ſemel à ſe acqui-
tis potiatur hoſtis. Hungariæ tamen
artibus reliquis, Germaniæve ipſi,
aud multum inhiant Turcæ; vile ad-
aodum reputantes lucrum illud, in
uo tot hominum milia, mœnibus
antum exiguæque militari prædæ ac-
uirendis, extra aciem ſunt abſumen-
a. Duo hæc maxime milites in uni-
erſum bella horrent; Perſicum, ob
onginquitatem, deſertaque terrarum,
ua neceſſario tranſeundum eſt; Hun-
aricumque, ob arcium obſtacula cre-
ra, diverſumque bellandi genus; quo,
iſi cominus, ut ipſi dicunt, igne pu-
natur.

Europa Turcis ſubjecta in ſeptem præfecturas diviſa.

DIvidunt enarratas Europæ partes in ſeptem præfecturas Turcæ. quarum duæ Veziriis, cæteræ Paſſis re-
gendæ committuntur. *Vrumeli*, hoc
ſt, Græcia, cum adjacentibus Thra-
ia & Macedonia, Vezirio uni ſubjici-
ur. Andrinopolis, præcipua poſt By-

zantium urbs Thraciæ, propriis ædificiis indigenarumq; commercio conſpicua, ejus eſt provinciæ caput. Velut etiam Philippopolis Macedoniæ, juxta Philippicos duplici Romana clade inſignes campos ſita; nullum penitus antiquæ magnitudinis ſpecimen præbens: per eos campos tumuli, ſub quibus Romanorum corpora tot cæſa jacent, innumeri adhuc viſuntur. Alter Vezirius Bulgariam, Serviam, Lodomeriam, Cumariam, utramque Mœſiam, Hungariæque partem, ſuo regimini ſubjectas habet. *Beligrat*, nobis Belgradum, ſive Alba Græca, Bulgariæ urbs præcipua, Danubium inter & Savam, inibi ſe in Danubium è Croacia exonerans flumen, eſt ſita. ubi vel Budæ, quæ & Hungarorum olim regia fuit, Vezirius hic reſidet. Reliquæ Paſſis commiſſæ præfecturæ, ſunt: *Arnaut*, hoc eſt, Epirus: Sophia urbs, cui Serviæ Macedoniæque pars eſt adjuncta: Boſna, hoc eſt, Boſnæ ſupradictum regnum: *Temeſvvar*, Vltradanubiana ſcilicet Hungariæ pars, Daciæ contermina, cujus Temeſvvarium ſedes eſt: Caniſaque, Caniſia videlicet, ex Croaciæ infelici noſtrorum conatu inſignis, cui Croaciæ Turcarum armis poſſeſſæ ſubjacent partes. Centum

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ım viginti & amplius Sangiaki per
uropæ inſulas continentemque aſſi-
natas ſibi ditiones regunt, militibuſ-
ue invigilant. Bey ad octuaginta mil-
a ulteriuſve Timarrorum ex ſtipen-
iis debitos alunt milites, ad omnia
emper vigiles ac paratos. horum re-
tus unquam definiri non poteſt nu-
nerus, quia ob ingentem Turcarum
apacitatem multi ſæpius deſeruntur
agi, & oppida ipſa, commigranti-
us alio incolis. unde ſæpius ex duo-
us unus tantũ fit Timarrus; & aliun-
le (quod bello aliquo Turcæ carent
aro) in confiniis Timarri nunquam
tabiles aut certi eſſe poſſunt. Hæ ta-
nen Ottomannicæ vires ſunt: quo-
um obedientia ac vigilantia ex Ti-
narrorum amittendi periculo, &
ompetitorum multitudine, ſemper
criorredditur. Hæc ditio, cujus pars
ıulla ſeorſim jacet, interpoſitove
cujuſquam imperio finditur, in mu-
ıus aut feudum nulli tradita, ſed unius
antum nutu parens, & ubique conti-
ıua, magnis undique limitibus cir-
cumſepta. quo fit, ut nec ipſi tam facile
ob immenſas vires proprias ab exter-
nis retundi, ac tolli, ulteriuſve Imperii
imites ob finitimorum potentiam
producere poſſint.

Aliæ provinciæ Turcis ſubjectæ.

QVia autem provinciæ, quibus à Turca, diverſæ quamvis religionis, rectores imponuntur, ejus ditionis eſſe negari non poſſunt; Daciam, Vallachiam Transalpinam, Moldaviam, Tartariæque cis Tanaim partem hic adjiciemus. Proprium habet unaquæque Principem Turcico ab Imperatore prępoſitum; cui non minus, quam inexplebili Turcarum libidini privatorum, inſerviunt. Majoris ii Principes inſtrumenta ſunt ſervitutis: Principatus namque hoſce ſi provinciarum in formam redigere vellent Turcæ, reſiſterent Daci; aufugerent in Hungariam Poloniamque Vallachi & Moldavi; recederentque in interiora Tartari; ita ut longe majores proventus hac ratione à Turcis per Principes extrahantur. A Vallacho Moldavoque Principib⁹ proprii mirum in modum exagitantur ſubditi; novis in dies exactionib⁹ tributiſq; vexantur; vigeſimā, quadrageſimam, ſexageſimā, antiquorū deſueta nomina, exercētibus. Pejori quidem conditione ſunt illi, quam qui Turcarum immediate juga ferunt, quibus unicus tantum Dominus eſt itandus, contra cæterorum injuriam

facile

facile tuti: in illos autem non Principes ipſi ſolum, ſed quivis Turca pro libidine miſerandum Imperium exercet. nec tam miſeræ ſervitutis modus ullus, aut finis; illorum namque patientia factum eſt, ut graviora in dies, tanquam ex facili tolerantibus, imperentur.

Vallachi & Moldavi qui.

VAllachi Moldavique Romanis ortos ſe prędicant; qui, declinante Imperio ab inſurgentibus undiq; Barbaris petiti, in eas provincias perpetua montium, ſaltuum, fluminumque corona circumſeptas, è coloniis receſſere. cuius rei, proprium idioma, è Latino parum declinans, Italoque non abſimile, indicium velut ac teſtem adducunt. Tartarorum more incedunt, ac præliantur, vacuos binos aut tres equos ſinguli trahentes, quos uno alterove feſſo mutant; in excurſionibus idcirco veloces, famam adventu ipſo prævenientes. Tartarorum item ex conſuetudine armantur; framea ſcilicet, arcu, ſagittis, clavaque vel acinace. corpus nihil ultra tegunt. Feroces, adverſuſque omnia ſæva firmati ſunt: pace infidi; bello non ſpernendi, ſi plures ac conſtantiores eſſent. Schiſmatici

omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

omnes ſunt, Græcorum rituum ob
ſervantes. In Moldavia civitas eſt un
tamen, quæ à Catholicis tota incol
tur, iisque Saxonibus. Cæteri amba
bus hiſce in provinciis, niſi ſint adve
næ, cum Græcis aberrant. Quinqua
ginta abhinc annis Vallachia Tranſal
pina, præter oppida & civitates qua
draginta, amplius mille pagis con
ſtabat, Moldaviaque, tanquam dimi
dio major, longe pluribus repleta erat
nunc autem ob multa bella crebraſq
Principum una cum indigenis rebel
liones devaſtatæ ſunt adeo, ut dimi-
diam incolarum partem non habeant.
Præter vectigalia multa, decimã quo-
que omnium, tam frugum, quam pe-
cudum, à ſubditis exigunt Principes:
quæque illis videntur, in dies tributa
imponunt; unicuique ſcilicet domui
argenteos tot nummos indicunt quot
ipſi volunt, eoſque intra quindecim
dierum ſpatium per exactores vi (ſi
fuerit opus) undique cogunt. Trecen-
ta & amplius aureorum millia ſuo
Principi quotannis Valachia miniſtrat;
Moldavia longe plura præbet: Princi-
pes ipſi quadraginta millia talerorum
Ottomannico Imperatori quotannis,
præter alias res, ſinguli pendunt; can-
nabem videlicet ad triremes, ſebaceas

can-

andelas, oves, ac ceram. Opulentas
egiones vel regna ea fuiſſe, veteris
nagnitudinis monumenta adhuc ex-
ntia teſtantur: avebatque animus
gillatim eas deſcribere,atq; alia mul-
partium illarum ſcitu digna, quæ
er aliquod tempus præſenti non ſine
iqua auctoritate mihi vidiſſe ac co-
noviſſe licuit; ni opere in alio,cui lu-
em meditor brevi, peculiaris ac di-
incta illarum mihi eſſet deſcriptio
ponenda.

Daci qui.

DAcos autem Hungaros eſſe, atque inter eos Germanos multos, di-
rſa ipſorum teſtantur idiomata. Vr-
s ſunt aliquot liberæ nuncupatæ,
æ præter onera conſueta Principi
terius quicquam dare, eumve intra
œnia recipere negant. ſi quid ab eis
ſtulat Princeps, moreGermanorum
r comitia auditur. à Saxonibus in-
luntur, ſeptemque Saxonum ſedes
pellantur: unde à Germanis *Siben-
rgh*, hoc eſt, ſeptem montes, Dacia
a nuncupatur.

Hungari qui & quales ſint.

Ætera Hungari; gens perfida, mu-
tatu facilis, ad novas res prompta
nimis;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nimis; fera; & bellicoſius, quam pro-
pria ferat paucitas, agens. Abſolut
Turcarum imperia nõdum ſenſit; eo
rum tamen ſub patrocinio degit, a
veluti potentiorum amica, mandati
eorumdem obſequitur. Mult ſunt in
ter illos Catholici, quibus non tam li
bere, fugatis à Principe ſemel ſacerdo
tibus, patet exercitium, Reliqui omni
generis hæreſios polluti; quippe qui
dem nullibi terrarum tot ſuperſtitio
num hæreſiumve genera uno atqu
eodem loco reperiuntur. Sunt qu
ſomniorum interpretationibus, qu
que omnis generis divinationibus a
ſortilegiis palam abſq; ullo pœnarur
metu vacent, variaſque hæreſes ac im
pietates publice profiteantur, quoſqu
velint libros excudi curent. Non tar
magnum ſuo Principi cenſum, quam
vis opulentior ſupradictis provincii
Tranſylvania præbet. ducenta vix au
reorum millia inde ſibi extrahit ill
verum ingens adeo tributum Turc
non pendit, ſumptuumve tot neceſſ
tatibus premitur. Viginti millia prob
armatorum ad omne genus diſcrim
nis paratorũ ſingulis in hiſce provin
ciis, parvo inter eas diſcrimine, intr
octiduum facile cogi poſſunt; qu
rum plerique equites ſunt, pauci p
dite

lites; qui ſclopetto armantur, cætera ntecti.

Tartari qui.

AT Tartari, Tanaim inter & Euxinum mare, Boſporũ juxta Cimmerium, Tauricam Cherſoneſum incolentes, Ottomannica ex ſtirpe Principem à Turca ſibi impoſitum habent; ad libitumque ejuſdem mutant. Nullam nationem proprios ita Principes colere ac venerari vidi aut audivi; quippe qui divinos fere honores eis tribuant; detrectanteſque mandata ipſorum, in Dei juxta ac eorum iram cadere opinantur. Si quando inter Principum horum ſtirpem bella oriantur, qui profligatur ab alterius militibus, nec tangitur, nec cominus offenditur, immo quocumque per hoſtilem aciem proficiſcatur, liber ab omnibus aditus panditur. Soli Mahometanorum Tartari caput ante Principem aperiunt; inter ſe, aut cum cæteris, Turcarum more tecti. Hi manſuetiores civilioreſque ſunt, quam cæteri ultra Tanaim Volgamque (maxima flumina.) Panem, vinum, domos, ac cætera hujuſmodi, ad humanæ vitæ commodum novere. Habent & quas incolunt urbes, Trapezuntem, Theodoſiam,

doſiam, illis *Caffa*; Akerman, Oxi
Benderque; ad aliorum differentian
queis neque urbes, nec domus, do
muumque veſtigia, non panis, no
vinum, non quicquam; niſi quod na
tura mutis etiam miniſtrat plauſtr
pro domibus. Cruda veſcuntur carn
lacte ac ſanguine equorum ſitim l
vant, ſedeſque juxta pabuli inopian
quotidie mutant: unde & Boſporan
eorum aliquid etiam retinent ferita
tis. Lingua loquuntur Turcica, ſe
rudi admodum; multaque intra fau
ces tantum proferunt. Religioſi ſur
omnes, ac propriæ fidei valde zelan
tes. In bellis admodum vaſtatores
prædones, raptores, immanes; utqu
in infinitum perſequentes, ſic & facil
cedentes. Ipſorum opera, ſi quando
Turcis in auxilium exciuntur, urere
vaſtare, rapere, ac ex improviſo ho
ſtem adoriri, rurſuſque recedere. Eo
rum in dominio nonnulli erant Ca
tholici, modo autem vix unum repe
riri credo. Schiſmatici ſunt multi
Mancup, Scivarin, præcipua, aliaqu
ignobiliora loca incolentes. Quos
lingua Saxonicæ ſimili, ſed quæ ir
multis etiam differat, Saxones aut Go
thos fuiſſe opinor. Tartaros hoſce ab
aliis ultra Tanaim ſubſidia mutuante

Turca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Turcarum Imperator contumaces aut hoſtes ſæpius experitur: neque alii forſan imperantes ægrius tolerant Turcas, eoſq; impenſiore odio proſequuntur, ejuſdem religionis & ipſi. unde ab illis parvi ſe pendi, quam tacite, eo acrius iraſcuntur; ipſorumque juſſa (quod nunquam alias evenit) in bello detrectare incipiunt.

Concluſio.

QVod reliquum eſt, adhuc alia mihi jam eſſent dicenda multa. ſed fateor de induſtria præteriiſſe: pro compertis enim accepta apponere nolui. Si quid porrò magnum aut laudabile de Turcarum inſtitutis ac moribus enarraſſe contigit, nil eſt admirandum: non enim magnum ſine magnis virtutibus virtutumve ſpeciebus imperium acquiritur; tyranniſque ipſa ingenii viribus innixa, dum à regiis veris abſtinet præceptis, apparentia ſolum & ingenioſa ſibi fundamenta ſtruit. Iam quomodo provinciæ tot, regna imperiaque ipſa, voragine immani velut abſumpta, ultimum abierint, quaſve miſerias extorſioneſque miſeri quotidie patiantur Chriſtiani, miſeramur magis, quam ut opportuna remedia conquirantur; Nata ſervituti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

animalia ſemel veneunt; illi ſuam ſervitutem quotidie paſcunt, miniſtrantque inſcii atque inviti vires adverſu non magnas. Non aliud certe pro Turcis utilius, quam quod in commune non conſulimus. ita, dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur: &, cum nos omiſſis expeditionibus ad ſecuritatem; illi ad occaſionem ſe conferũt. Ea poſtremo videntur aut perpetuis pluribuſque bellis (æſtate ſcilicet, ac hyeme, quo tempore militiam penitus abnuunt) implicitos eos undique lacerare, vel eoſdem perpetuo in otio quavis conditione pacis marceſcentes relinquere: vel undique petiti facilius omnes ſuccumberent, vel armorum deſuetudine longa imbelles redderentur: amant namque otia Turcæ, ac, ſi quid turbidum hic exauditur, id totum ferme illorum, qui à Chriſto deſciverunt, eſt opus: unde facilius, inſurgentibus inſuper eorum ſubditis Chriſtianis, undique opprimerentur; aut expeditionibus aſſueto milite laſciviente, diſcordia, prout proxime viſum eſt, laboraretur: ſicque propriis armis ictibuſque vaſtam hanc tyrannidem, Imperii Romanorum inſtar, cujus artibus crevit hucuſque, propria magnitudine preſſam corruere, in parteſque

teſque

teſq; dilapſam ad nihilum redigi poſſe, veterum qui novit magnitudinem caſuſque, nemo negabit.

II.

IMPERII TVRCICI DEſcriptio per anonymum, apud Honorium.

Turcæ qui & unde.

TVRCARVM meminit Pomponius Mela libro primo, ubi ait: *Fœcundos pabulo juxta Mæotim, at alia ſteriles nudosque campos tenent Budini. Geloni urbem ligneam habitant. Iuxta Thyrſagetæ Turcæque vaſtas ſylvas occupant, aluntur que venando.* Eoſdem agnoſcit Plinius lib. VI, cap. VII. Neque eſt dubium, quin ab his nominis & gentis originem traxerint illi qui longe lateque hodie imperitant, ignavia noſtra magni. Horum Imperatores à Tartaris originem trahunt, ut & univerſa gens; cui ſe Chriſtiani apoſtatæ adjunxerunt. Sunt autem plerique facie lata, membris compactis, corpore quadrato: comam radunt; barbam, myſtacem præſertim, alunt. Ingenio ſunt tardo, ſtupido, ignavo: ex quo facile

intelligi poteſt, natos illos eſſe ad ſervitia, ſed nunc præter naturam, vi juſtitiæ locum occupante, imperare. In ſuos igitur obſequioſi, in exteros ſuperbe imperioſi ſunt, jactabundi, arrogantes, faſtuoſi.

Turcarum ſuperſtitio.

REligionis locum apud eos obtinet ſuperſtitio. Hæc à Mahumete conficta eſt, circa annũ DC XXII, imperante Heraclio. Ferunt, Mahumeté iſtum fuiſſe natione Cyrenaicum, patre mago, matre Iſmaelitide, ingenio ſubdolo, & ad quidvis audendum apto, corpore immani, aſpectu truci, voce terribili. Hic heri ſui viduam, Iſraelitici generis, quinquagenariam, quod eſſet locupletiſſima, uxorem duxit; cujus opibus inſtructus, multo magis à ſe inſtitutum ſemel inſaniæ genus adverſus Veteris & Novi Teſtamenti doctrinam urſit. Acceſſit ad hujus dementiam Sergii flagitioſiſſimi monachi perfidia: qui ob hæreſin Neſtorianam Conſtantinopoli ejectus, in Arabiam tunc temporis profugerat. Hujus inſtinctu ex Iudaico fermento & maſſa Neſtoriana hæreſin formavit novam, quam de paxillo ſuſpenſam, protinus Arabes & vicini omnes admirari, ſuſcipere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cipere, venerari cœperunt. Epilepſiæ morbo, ex intempeſtivis comeſſationibus contracto, uſus ad fingendos arcanos cum Gabriele archangelo ſermones & congreſſus. Columbam adſuefecerat, ut ex aure ipſius peteret pabulum, quod veterator callide eo loco abdere conſueverat. Hanc ille dicebat eſſe ipſiſſimum ſpiritum ſanctum. Volumen novæ ſuæ Legis condidit, Alcoranum. Quumque jam appetendi regni opportunum tempus videretur, columbæ ſchedam alligat, in qua ſcriptum: *Quisquis tauro jugum impoſuerit, rex eſto.* Subornatur taurus, cujus inter cornua Alcoranus defigitur. Hic cum multorum terrore ſubito erumpens, ad Mahumetem (ita enim adſuefactus fuerat) adcurrit. Is pro concione legem veluti cœlo demiſſam recipit. Sergius, aperta columbæ ſchedula, verba legit; adfert jugum: quo impoſito, confeſtim Mahumetes rex, Sergius propheta denuntiantur. In Lege omnia abſurda & ridicula, de creatione mundi, de ejus fine, de paradiſo, inferno, cœlo, terra, creatione hominis, deque Mahumetis itinere in paradiſũ. Vnum tamen Deum agnoſcit, Chriſtum etiam pro magno propheta coli præcipit, ut & Moyſen, & ſe. Annum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

non ex ſolis,ſed ex lunæ curſu æſtimari vult.

Hiice omnibus & infinitis aliis à ſe inſtitutis, Arabiaque univerſa ſubacta, poſt multa bella tandem veneno à domeſticis extinctus eſt, quum ageret annum XL. (*alii* LX *annum exceſſiſſe narrant.*)

Sepulcrum ejus in Mecha Perſidis ſummo cultu & veneratione Turcæ & Mahumetani omnes proſequuntur. Vartomanus tamen tradit, monumẽtum eius eſſe in Arabiæ Petreæ urbe, quam vocant Medinam, atque ibi loci à Saracenis ſolere frequentibus peregrinationibus viſitari. Narrat idem, quum eſſet Medinæ, Ducem quendam quaterna millia ſarophorum (nummi genus eſt) obtuliſſe myſtagogo, ut oſtenderet cadaver Nabi; quod Arabibus Prophetam ſignificat. ibi myſtagogum: Tune hiſce luminibus, quibus tot ſcelera perpetraſti, audebis eũ conſpicari, cujus intuitu Deus maximus cœlum & terram creavit? Tum Ducem: Agnoſco vera eſſe quæ dicis: ſed hoc unum liceat mihi impetrare, ut videam Nabi; quo viſo, libenter mihi oculos in gratiam ejus ſtatim effodiam. Hæc eo hic commemoranda duxi, ut nos, quibus à Chriſto lux adfulſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

fulſit, beatitudinem noſtram ex illorum imperitia miſeriaque æſtimemus, gloriantes in ſola ejus cruce.

Multa interim ab eis præclare dicũtur. quale illud eſt quod Panormi in Sicilia ſupra portam quandam poſitũ Arabicis litteris exſtat: *Non eſt Deus alius præter unum Deum: non eſt alius potens præter eumdem Deum: neque eſt alius victor præter eundem quem colimus Deum*. Sed profecto ignorantia eſt & blaſphemia, quidquid extra Chriſtum de Deo ſcitur, aut dicitur, etiam ſpecioſiſſime. Neque enim fieri poteſt, ut qui filium ignorat, norit Patrem.

Ex hoc igitur architecto novi dogmatis orta eſt fœda Turcarum ſuperſtitio. Hi ſe non Turcas, ſed *Muſulmanos* dici volunt; hoc enim ſonat, *Recte credentes*. Monachorum ordines habẽt quatuor: *Torlacorum, Dervißiorum, Calendorum, & Hugiemalonum*. Chriſtianos Iudæis multo præferunt. cum illis cœnare aut negociari non detrectant; quin etiam eorum conjugia non refugiunt. hos vero omnium mortalium flagitioſiſſimos viliſſimoſq; judicant. Vxores habere quotlibet licet. Aleam fugiunt, alveo delectãtur. In eleemoſynis profuſi ſunt, quibus non ſuos ſolum, ſed etiam Chriſtianos juvant;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

aves etiam à ſe emtas interdũ dimittunt; ſanctitati tale opus adſcribentes. Veſtes omnibus oblongæ. Cidari alba caput tegunt; qui autem ex ſtirpe Mahumetis ſunt, viridi. Honoris cauſa caput non aperiunt, ſed inclinato corpore reverentiam exhibent. Pars læva omnibus honeſtior, forre quia liberam ſibi cupiunt dextram. Tergum obvertere inhoneſtum credunt: itaq; poſt ſalutationem retrocedentes, frontem ſemper adverſam habent illi quẽ ſalutarant. Ter edunt quotidie, cernui, cruribus decuſſatim compoſitis. Cibus ipſis oryza, piſces, carnes, præter porcinam. Vinum non bibunt; nam id lege vetitum; ſed ejus loco aquam, cui mel, ſaccharum aut julebum admiſtum eſt. Opii frequens apud eos uſus. Domus privatæ anguſtæ; neque enim curant quomodo habitent. Maxima illis cura exſtruendi ſpacioſas *meſchitas* ſive tẽpla, & *carbaſara* ſive xenodochia: adhæc balnea, aquæ ductus, pontes, vias, aliaque publici operis. Vrbes muro clauſas perraras habent. Summa ipſis Imperii vis in ſubditorum impotentia eſt. Itaque mœnia urbium à ſe captarum ſtatim dejiciunt, tamquam infauſtum & infelix ſidus omnia depopulantes. Hinc pro-

verbium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

verbium ortum eſt; *Qua Ottomannicus aliquis tranſivit, ibi neq; folia neq; gramen provenire.* Debellatæ provinciæ rectorem dant, qui nobiles (præſertim eos qui Principali ſtirpe orti ſunt) ad unum omnes occidit, familiaſq; opulentiores alio transfert. Neminem tamen cogunt ad abjurandum religionem. Arma victis adimunt. Ipſi militaris diſciplinæ amantiſſimi. obſequioſi; laboris, æſtus, frigoris tolerantes; pauco cibo, eoque vili contenti, in itineribus conficiendis omnia ſilentio peragunt. Arma habent, lanceam, arcum, ſecurim, acinacem, clavam ferream, gladios quos vocant *Scimitare* [Itali,] ſclopeta, aliaque omnia quæ Chriſtianis in uſu ſunt, niſi quod equites caraphracti apud ipſos rari.

Turcarum Imperatores.

PRimus illorum Imperator OTTOMANNVS fuit, Tartarus natione, miles magni Cham; homo audax, corporis viribus præ cæteris eximius. Hic prętextu injuriarum quarundam ſecedens à Tartaris, cœpit in Cappadocia montes atque aditus inſidere. Habebat initio apud ſe equites XL. Acceſſere tum prædæ ſpe, tum ſcelerum ſuorum conſcientia permoti alii multi;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quorum opera quod ante clam inſti-
tuerat, palam adgredi cœpit; occupa-
vitque *Cappadociam, Pontum, Bithy-
niam, Pamphyliam,& Ciliciam*, regio-
nes opulentiſſimas. Hæc geſta ſunt cir-
ca annum Domini noſtri M CCC. Impe-
ravit autem Oſmanes ſive Ottomanus
primus annos XXVIII.

Succeſſit ei ORCHANES; qui patrium
Imperium iiſdem artibus, ſed majori
opum vi & divitiarum copia ſervavit
auxitque; uſus inprimis opportunitate
Chriſtianorum, animis inter ſe diſſi-
dentium: quo factum eſt, ut *Myſiam*,
Lycaoniam, Phrygiam, Cariam domue-
rit, Niceam obſederit ceperitque, &
regnum ad Helleſpontum uſque pro-
tulerit. Contendebant eo tempore in-
ter ſe Palæogi Conſtantinopolitani
cum Cantacuzeno. Ratus autem Or-
chanes, quod res erat, fore ut ſi huic
faveret, in Europam accerſeretur, tra-
jecit, & viam poſteris ſtravit Europam
divexandi. Sub finem vitæ infelicite
cum Tartaris decertans, occubuit
poſtquam regnaſſet annos XXXI.

Sequutus hunc eſt filius MVRAT, ſi-
ve AMVRATHES, magnus ſimulandi &
diſſimulandi artifex; robore animi, la-
borum tolerantia, diſciplina rei mili-
taris majorum ſuorum par.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Hic contentiones illas, de quibus
nodo dictum eſt, inter Græcos diſſi-
nulando fovit: quibus bello feſſis ex-
hauſtiſque, uſus Genuenſium navibus
onductitiis (ſpecta hominũ perfidiam
& avaritiam) ex Aſia in Thraciam
uperato Helleſponto trajecit. Anno
MCCCLXIII *Callipolin* in Cherſoneſo ſi-
am occupavit; quam magna ſtatim
pars Thraciæ ſequuta eſt. Poſtea devi-
cit *Myſiam*, *Beſſas*, *Triballos*. Denique
quum expugnata *Adrianopoli*, Serviæ
Bulgariæque inhiaret, à Lazaro Serviæ
Deſpota victus occiſusque eſt, anno
imperii XXXI. Liberos reliquit Solimã-
num & Bajezetum.

BAIAZETVS, qui aliis PESAITES, fra-
tre interemto, rerum potitus, Thra-
ciam omnem ſubjugare ſibi inſtituit.
Vir erat ingenio acri, & maximarum
rerum cupido: in rebus capeſſendis
audax; in adminiſtrandis ſolers, in la-
boribus perferẽdis indefeſſus, in occa-
ſionibus proſpiciendis acutus & ſagax,
in exſequendis conſtans. Igitur *Thra-
cia* omni ſuperata, animum ad Con-
ſtantinopolim adjecerat: ſed primum
Theſſaliam, *Macedoniam*, *Phocidem*,
Atticam, occupare viſum eſt. *Myſios*
quoque, (qui hodie Servii,) Illyri-
cos, (qui hodie Boſnenſes,) & *Tribal-*

lorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

lorum (qui Bulgari dicuntur) partem reliquam, PrincipeBulgarię interfecto, ſubegit: Iamque Conſtantinopoleos ſuburbia ſpoliarat, urbemque ipſam totos annos octo obſederat, quum Hungarorum Gallorumque, quos Imperator, eo nomine in Italiam profectus, accerſiverat, adventantium copias reformidans, relicta obſidione ad Nicopolim iis occurrit. Congreſſus victor evaſit, cæſis captiſque magna ex parte Gallorum ducibus. Occubuit eo prœlio Ioannes Burgundię Dux; evaſit Sigiſmundus Hungariæ & Bohemiæ Rex. Elatus rerum ſucceſſu Baiazetus rurſus Conſtantinopolim contendit, eamque longa triennii obſidione fatigavit: jamque actum erat de obſeſſis, quum *Timircutlu*, quem hodie Tamerlanem vocant, magnus Tartarorum Cham, igni & ferro Aſiam totam depopulari, urbes vaſtare, prædas agere inſtituit: cujus ille ſubito terrore evocatus, in Galatiæ & Bithyniæ finibus aciem inſtruxit. Pugnatum eſt adverſis ſignis multam in noctem. Baiazetus ſuperatus, captus, aureiſque compedibus vinctus, in cavea per Aſiam à Tamerlane traductus fuit. Periere Turcarum ducenta millia. Incidit hæc clades in annũ Chriſti MCCCXCVII.

Baja-

jazetus haud multo poſt dimiſſus, Aſia mortuus eſt,poſtquã regnaſſet nos XII,menſ. VI. Filios reliquit Calinum,Mahumetem,&Muſtapham.
CALAPINVS, qui & ALPIN, ſubito tinctus eſt; filius ejus Orchanes à oyſe patruo occiſus:ipſe etiamMoyà fratre
MAHVMETE I. Hic *Valachiam Macloniam*que omnem devicit, ſignaq; rcica ad Ionium uſque pelagus proit. Regiam cõſtituit Adrianopoli,& ltquam imperaſſet annos XVII, vita nctus eſt anno Domini cIↃccccXXII.
Ei ſucceſſit AMVRATHES II, qui *oratbeg* ſuis. Hic Genuenſium opein Thraciam delatus, patruum am Muſtapham,cui Græci addictio erant, bello vicit. *Theſſalonicam* bem antiquam & tum temporis plitudine, amœnitate, opibus ſitue illuſtrem,quam tunc Veneti tenent, evertit, *Cyprum, Epirum, Aetom* ſubegit. Quumque intelligeret, ous ſuis ſtabiliendis, Chriſtianorum ro debilitandis, magnopere ſibi orgii Deſpotæ, Serviæ domini,amicam prodeſſe poſſe, eam omnibus odis ambiit, ducta inſuper ejus filia uxorem. Fretus itaque tum ſuis viıus, tum perfidi Deſpotæ fide, Belgradum

gradum ad Savi & Danubii confluen-
tem ſitam urbem, quam paullo an-
Deſpota Sigiſmundo Imperatori do-
dederat, oppugnare aggreditur. Per-
re in ea obſidione ſeptem Turcaru-
millia.

Hac victoria confirmati Chriſti-
norum animi majora ſperare inci-
piunt. Vladiſlaus Poloniæ & Hung-
riæ Rex Ioannem Hunniadem ob
bene geſtas Vaivodam ſive Ducem
Tranſylvaniæ fecerat. Hic Serviam
greſſus, Turcas expulit; eos deniq;
poſtea, Tranſylvaniæ fines ingreſſ-
longe lateque ſtravit. Poſthæc in B-
garia ſexies uno die cum Turcis ju-
prœlio decertans, ſemper victor e-
ſit. Capta ibi hoſtium millia quatu-
ſigna novem, duces tredecim. Ad
tremum Amurates tot malis ame-
indignansq;, induciarum fœdera ſa-
cte concepta, Eugenii Pontificis ſua-
ab Vladiſlao temere rupta eſſe; cop-
ſuis omnibus collectis, extrema exp-
riri ſtatuit. Erant tunc forte caſ-
Chriſtianorum ad lacum Varnenſe-
Turca, corruptis ſpeculatoribus, in-
Callipolim ex Aſia in Europam
pente tranſmiſit exercitum; ſolvitq;
Genuenſibus, penes quos faucium
larum poteſtas erat, centum mi-
aure-

aureorum. Pugnatum eſt utrimque magnis animis tres dies perpetuos. Tandem victoria penes Amuratem fuit, merito Chriſtianos fractæ fidei incuſantem. Rex Vladiſlaus eo prœlio confectus interiit. Hunniades ægre ſalvus evaſit. Iulianus Cardinalis, auctor, ut quidam volunt, rupti fœderis, equo delapſus, miſere animam in devio ſaltu exhalavit.

Quibus rebus elatus Amurates, murum Hexamilum in Iſthmo Corinthiaco exſtructum diruit; ac tandem in Bruſia Bithyniæ urbe, in qua ſedes tunc erat Imperatorum, vitam finiit, anno imperii ſui XXX.

Suffectus ei fuit in Imperio MAHUMETES II. Hic fratris nece quum tyrannidem ſuam ſtabilivisſet, *Conſtantinopolim* expugnavit, anno clɔ cccc-LIII, penultima die menſis maji. Poſt triennium Belgradum ſe contulit; ſed multis ibi ſuorum interemtis, ipſe ſaucius diſcedere coactus fuit. Poſtea *Bulgariam* occupavit; & arcem Raſciæ ad Danubii ripam, quam vocant *Smideron*; tum *Dalmatiam* & *Croatiam*, cum *Raſcia* omni. *Trapezuntem* etiam expugnavit, & *Mitylenem*, cum aliis quibuſdam Aegæi maris inſulis. Venetos, qui Hexamilum reſtituere

aggreſſi

aggreſſi fuerant, diſturbavit. *Eubœa*
cepit; & *Theodoſiam*, quæ nunc Caf
dicitur, Genuenſium urbem, in Tau
rica Cherſoneſo. Tandem fruſtra op
pugnata Rhodo, obiit kal. maji, ann
cIↃcccc LXXXI. Regnavit annos XXX
vixit annos LVIII. Filios reliquit Baja
zetum & Zyzymum, qui aliis Zeliabu
dicitur.

BAIAZETVS II rerum potitus, fra
trem, fruſtra Sultani Aegyptii auxili
adjutum, Pruſia Aſiaque omni expe
lit: qui quum ad Chriſtianos defeci
ſet, & Rhodum veniſſet, inde miſſu
eſt in Galliam : poſtea anno MDLXXX
VIII Romam ad Innocentium VIII; ne
que multo poſt ab Alexandro Papa ve
neno porrecto extinctus eſt. Bajaze
tus interea *Ciliam* & *Album caſtrum* i
Moldavia expugnavit: *Modon* inſulam
& urbem Venetiis eripuit; cum Soph
rege Perſarum diu infeliciter bellum
geſſit. Imperavit annos XXXII.

ZELYMVS I, filius, vitæ patris perta
ſus, eum veneno interfecit: idem fra
tres nepoteſque ſtrangulari juſſit. H
actibus acquiſitum imperium per ty
rannidem rexit & conſervavit. Pri
mus iſte in Africam trajecit, & eject
Sultano magnam Aegypti partem
occupavit. Sultanus erat Campho
hom

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

homo obeſus, ſenioque confectus, annorum ſcilicet LXXVI. quo interfecto, Mamaluchi Sultanum fecerunt Tomumberium. Sed & hunc prœlio victum in fugam Zelymus coëgit, & Alcairum anno MDXVII cœpit. Sultanum inter paludes latitantem extraxit, & poſt varios cruciatus ſuſpendi juſſit. Rebus ita confectis quum Conſtantinopolim rediiſſet victor, cancro renes depaſcente exſtinctus eſt, anno MD XX; poſtquam regnaſſet annos VIII, vixiſſetque XLVI.

Succeſſit ei SOLYMANVS. Hic *Belgradum* cœpit, propugnaculum non Hungariæ ſolum, ſed totius etiam orbis Chriſtiani. Idem *Rhodum* devicit. *Strigonium* & *Budam*, aliaſque Hungariæ urbes expugnavit. Viennam Auſtriæ obſedit: tandemque ad Sigethum periit, anno imperii ſui quadrageſimo ſeptimo.

Sequutus eſt ZELYMVS II; qui inducias cum Maximiliano fecit annorum VII. *Cyprum* Venetis ademit, *Tunetum* & *Gouletta* occupavit, obiitque anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto. Hoc imperante, claſſis Turcica ad Naupactum memorabili victoria à Chriſtianis profligata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Eum AMVRATHES II excepit
Et hunc

MAHVMETES III; qui parricidio interemptis fratribus duodeviginti, imperium auſpicatus eſt; & ant biennium fere è vita & ipſe abiit.

Hæc de ſerie & catalogo, & præci puis rebus geſtis Turcicorum Impera torum.

Habet igitur, ut ex dictis jam con ſtat, Turcarum Imperator latas am plaſque admodum regiones. In EVROPA *Hungariæ* magnam partem, & *Thraciam*, cum *Græcia*, hoc eſt, *Macedonia, Epiro, Achaia, Pelopon neſo, & cum inſulis maris Aegæi.* Præterea *Illyridis* ſive *Sclavoniæ* partem, tum *Boſnam*, *Serviam*, *Raſciam* & *Bulgariam*. In AFRICA habet *Algerium Turci, Tripolim, totam Aegyptum ab Alexandria uſque ad Aſuam urbem, quæ Syene eſt.* In ASIA verc habet *Natoliam*, quæ eſt *Aſia minor*, *Cyprum, Palæſtinam, Cœleſyriam, Babyloniam, Arabiam* omnem, cum *Armenia.*

III. DE

III.

DE VRBE CONSTANTI-nopoli, & Imperio Turcico,

Relatio incerti apud Honorium.

CVm Imperium Ottomannorum, permiſſu divino, tot ac tantas provincias & regna perpetuo quodam victoriarum curſu miſerit ſub jugum, ac debellaverit; ac proinde cunctis gentibus formidandum ſit; non erit abs re dubitare, ut idem minimo negotio, niſi obſiſtatur, ad totius orbis terrarum monarchiam pervenire poſſit. Quoniam vero hujuſmodi diſcrimen potiſſimum Sereniſſimæ huic Reipublicæ [*Venetæ*,] quæ fines habet dominii ſui cum gente adeo ſuperba ſatis latos, imminet, (propter varias cauſas, vnde queunt diſcordiæ naſci; veluti ex mercatura continua, quæ in communibus regionibus exercetur, ex piratarum damnis; ex neceſſitate, qua navigia & claſſes noſtræ cum hoſtilibus navigiis & claſſibus ſæpe conveniunt, præſertim hiſce temporibus, quibus maritima Turcarum potentia in tantas vires excrevit, ut ad orbis imperium occupan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cupandum opportuna eſſe videatur:) Idcirco non ſine ratione hæc Reſp. nullas graviores repetere poteſt cogitationes, nihilque magis ſollicito animo debet attendere, quam ut Turcarum actiones dil'genter obſervet ac exploratas habeat. Quamobrem cum ego Byzantio, tanti Imperii metropoli, nuper redierim, ubi Bailum egi; coram Serenitate veſtra eorum omnium, quæ ſexennio exploravi, rationem mihi reddendam eſſe duxi. Ad tria itaque præcipua capita relationem meam redigam. Primum, Imperii Turcici magnitudinem,& bellicam potentiam ob oculos ponam. Deinde referam, à quibuſnam & quibus modis tantum regatur imperium; & regentium naturam moreſque explicabo. Poſtremo narrabo, quo pacto ſe habeant ad hoc ipſum Imperium cæteri Principes,ii maxime,qui cum ipſo negotium habent.

Poſtquam Romanum declinavit Imperium,nullus unquam Principum tot provincias ac regna ſui juris effecit, quemadmodum Othomanni armorum virtute fecerunt. Nam imperii hujus fines, à Dalmaticis Italiæ conterminis partibus incipiendo, extendunt ſeſe in Epirum; totamque Pelopon-

loponneſum & Græciam circumeuntes, & majorem in oriente inſularum partem amplectentes, perveniunt ſpatio mille & quingentorum millium paſſuum Conſtantinopolim uſque: ſed à littoribus ponti Euxini uſque ad ultimos Europæ terminos in Aſiam prolatantur; & ſpatio totidem milliarium mari in Aegyptum ducti, ampliantur ad Nilum uſque, ad ultimos Aſiæ limites: inde itur in Africam, cujus omnia fere littora Turcæ poſſident, uſque ad anguſtias freti Herculei, exceptis paucis quibuſdam, quæ à Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ poſſidentur. Omnis hic maris circuitus ſpatium eſt octo millium milliarium. At terrarum circuitus haud minor erit: nam per tantam viam in mediterraneis locis (quorum tamen pleraque inculta, alia anguſta ſunt, præſertim ubi Tripolis Alexandriam verſus ſita eſt) uſque in Aegyptum fertiliſſimam regionem Turca dominatur, & inde uſque ad Oceanum, unde continuo tractu per mare rubrum & littora Adem, & Ghimon ad Euphratem, & inde ad fauces Tigris in ſinum Perſicum extenditur: ad quæ littora latiſſimis finibus adjacet Perſico regno: adeo ut à mari Caſpio non multum diſtet; ubi finitimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Georgianis, Mingrellis, & Circaſſis, aliiſque nationibus, ad ultimam Aſiæ partem verſus Tanaim regreditur: & tamen in Europam cis & ultrà Danubium dilatat plurimum imperium ſuum: cui contigui ſunt, ac tributarii, Bogodanus, Valacchus, & Tranſilvanus: inde in Hungariam perveniens, cum Imperatore [*Germanorum*] communes fines habet; demum in Croatiam penetrans, ad nos adeo ſeſe approximat, ut non procul abſit à Foro Iulio.

Vniverſum hoc Imperium diviſum eſt ſub regimine viginti Beglierbeiorum, qui hodie Baſſæ nuncupantur: cum apud Turcas etiam, nedum apud Chriſtianos, titulorum maxima ratio habeatur. Ad hos autem, qui paulo antea novemdecim erant, Cyprius Baſſà magno Chriſtianorum detrimento additus eſt: omneſque alii, perinde ac totidem reges, late imperant. Tres ſunt in Europa; hoc eſt, Græciæ Baſſa, qui major eſt, & cæteris potentior; Budenſis, Temiſvarenſis. In Aſia tredecim ſunt; hoc eſt, Natoliæ, Caramaniæ, Damaſci, Aleppi, Tripolis in Syria, Babyloniæ, Balſaræ, Caramachaconani, Edræ, Livaſii, Maraſii, Cypri. In Africa tres ſunt; Cairus, Tripolis,

polis, & Algerium. Quibus omnibus adjungitur maritimus præfectus, qui Beglierbeius dicitur, qui littoribus & inſulis Othomanico imperio ſubjectis præeſt.

Iam terminos delineavi: modo Serenitati veſtræ, quales reditus ex tanto Imperio Turca colligat, ejuſdemque in dominando arcana, explicabo. Igitur Serenitas veſtra non ignoret, hunc Principem omni tempore in apparatu belli cæteros omnes Principes longe antecedere. Equites enim centum quadraginta quinque mille detinet: quorum octuaginta mille quaſi in hybernis per Europam diſtributi ſunt, cæteri quinquaginta mille per Aſiam. Hi ſunt, qui Spachi Timarrotæ vocantur; quia non annuo ſtipendio pecuniario ſuſtentantur, ſed aſſignatis agris detinentur eo pacto, ut tot equos ad bellum alant quot agrorum aſſignatorum proportio poſtulat. Etenim, cum Othomani hoc imperium occupaſſent, non modo directum dominium ſibi aſſeruerunt, ſed utile etiam juris publici fecerunt; deſtruentes atque expellentes nobilitatem, cæteroſque poſſeſſores quoslibet: hæc autem bona deinde inter milites partiti ſunt loco ſtipendii; adeo

ut, quoties nova regna capta ſunt, militum numerus ſimul auctus fuerit. Cujuſmodi beneficium ex hac re Turcarum Imperator capiat, poteſt Serenitas veſtra ex ſe ipſa conjicere, cum ſine ullo ſumptu, vel publici ærarii diminutione, tam ingens equitum numerus detineatur, ut, ſi pecunia eroganda foret, quotannis quindecim aureorum milliones non ſufficerent. Tot militum ſuſtentatio non modo in emolumentum ærarii publici redundat, ſed etiam fit majore cum utilitate & ſatisfactione militum, majoreque totius Imperii ſecuritate. Nam cum regiones bello acquiſitæ & agri occupati fuerunt, eorumque facta fuit æſtimatio, tunc propter ſolitas belli confuſiones, atque turbas, minimo pretio bona æſtimata fuere, vt militibus facilioris victus facultas concederetur. cumque apud acta publica eædem fere æſtimationes conſerventur, quia raro variari ſolent, cumque fructuum pretia valde aucta ſint; in præſens Spachi & Timarrotæ longe majora emolumenta, & plerique in duplum auctiora, ex bonis ſibi attributis extrahunt: adeo ut, ſi juſto judicio fructus, qui iſtis Timarrotis applicati ſunt, æſtimentur, ego quidem in eam addu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

adducat ſententiam, ut opiner, quindecim aureorum milliones ſingulis annis hos reditus adæquare. Iuvat me, adhuc aliam, neque minorem, utilitatem ab hac re dependentem, conſiderare. Turcicum Imperium infeliciſſimis populis, qui ei ſubduntur, adeo grave eſt, ut inculta omnia & undequaque deſtructa cernantur: nihilominus niſi hæc Timarrotarum loca inſtituta fuiſſent, crederem omnino, fore, ut pejoris eſſent conditionis: quia, cum bona illa Principis bona ſint, eorumque uſusfructus tantum ad mancipia & milites ſuos pertineat, eam ob cauſam inquilini & coloni eorum privilegio aliquo fruuntur, neque ita aſpera tyrannide premuntur: ac proinde cum faciliorem tutioremque victum habeant, ager ideo fit excultior. Ex quibus colonis altera utilitas Principi reſultat, quod ordinarios equites, ac præterea remiges pro claſſibus, aliaque ſolita Principis emolumenta, ſubminiſtrant: adeo ut dicendum eſſe videatur, ſolam hanc Timarrorum inſtitutionem cauſam eſſe, cur hoc Imperium tam diu ſuſtineatur: quandoquidem tantus ex iis fructus exigitur, ut ad quinquaginta milliones aureorum quotannis aſcendat, ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

modo computemus militum & colonorum ſuſtentationem: quæ niſi inſtituta fuiſſet, merito credendum eſſet, fore, ut ob malam Turcarum gubernationem Imperium magna ex parte deſtrueretur. Hi Timarri adeo partiti ac diſtributi ſunt, ut, qui militiæ unum equum debet, aſſignatus ſit illi ager ad æſtimationem trium millium aſprorum, qui ſexaginta ſcutos aureos conficiunt: ſed qui Timarros opulentiores habent, ii tenentur ad bellum ducere tot equites, quot habent millia aſprorum in reditibus ſupra quinque mille aſpros: & ſuis mancipiis ad hoc uti conſuevere, non ſine magna utilitate atque commodo, quia propter ſuas neceſſitates, & ad commeatus ferendos, coguntur multos ſecum ducere famulos, & animalia multa.

Hactenus enarravi, quo pacto Princeps ille centum quadraginta quinque millia equitum, quos in ſuo Imperio deſcriptos habet, detineat: reliquum eſt, ut nonnihil dicam de quindecim millibus Portæ (quæ dicitur Aula Imperatoris) equitum, qui ſoli ex Principis ærario (*Caſna* [aut *Charino*] dicunt) ſtipendia merentur duodecim vel quindecim circiter aſprorum quotidie

tidie, prout virtus ipſorum, ſive potius favor, quem obſequiis & muneribus acquirunt, expoſcit. Iique ituri ad bellum, viritim aureos viginti, loco largitionis, habent. Eorum arma ſunt, haſta non admodum fortis, ſpatha, aut acinaces, ſeu enſis falcatus, ſcutum, & aliquorum etiam arcus: arma vero defenſiva nulla habent, præter galeam, (etſi ii pauci;) & nonnulli parte anteriori thoracati ſunt. His equites annumerantur, inter quos plerique aulici & Portæ officiales, itidemque ſingulorum Paſſarum & aliorum magnatum, quos tædioſum eſſet referre, mancipia computantur. Ad ſummam, omnes hi milites ſuo ſtipendio pacis & belli tempore detinentur: adeo ut Imperator ille, bellum decernens, nihil inſoliti ſumptus adaugere neceſſe habeat.

Nullos habet pedites Turca, præter Ianizzaros, qui duodecim millium aut fortaſſe minori numero computantur: præſertim quia nunquam omnibus ſimul uti poteſt ad unam expeditionem, cum diverſis in locis neceſſario diſtribuendi ſint. Iſti ut plurimum ex Chriſtianis oriundi ſunt, ut dicetur inferius. Hic peditatus antiquis Romanorum legionibus ſimillimus eſt, mili-

militiæque Turcarum præcipuus nervus: diligenter enim educatur, & in militaribus occupatur exercitiis; Principiſque filii dicuntur. Antiquam nihilominus virtutem deſerentes, paulatim corrumpi videntur: propterea quod plerique Turcarum filii, qui militariter educati non ſunt, ad hujuſmodi militiam paſſim admittuntur; ac proinde ita perfecti non evadunt, ut veteres fuere Ianizzari, qui res admirandas geſſère. Stipendium ſingulorum quotidie eſt quatuor uſque ad novem aſpros; ſolvunturque tribus ſingulis menſibus ex ærario Principis. In cohortes diſtinguuntur, habentque præfectum generalem nomine *Agá*, qui omnibus præeſt: ſed centuriones aliive præfecti Balluchibaſſi vocantur. Ipſorum arma ſunt, ſclopeta, quibus dexterrime utuntur. Hi deinde Spachi fiunt, & gradatim promoventur.

Ad maritimas vires devenio: quibus Imperator ille melius inſtructus eſt, quam quilibet alius Princeps. Nam in navali ſuo habet modo pluſquam trecenta navigia actuaria, computatis quatuordecim onerariis, quas Maonas vocant: neque loquar de Dalondris, genere navigii, quo equi trajiciuntur. Multas alias triremes nullo nego-

negotio ædificare poteſt: quia ſi ad Euxini littora ſuos opifices miſerit, ubi ſcilicet nemora ſunt denſa ac vaſta, quotquot placet, quam citiſſime exſtruet; neque triremis una pluſquam mille aureis ei conſtabit. Hi vero artifices omnes fere Chriſtiani ſunt, quia plerique incolarum Græcorum eam artem callent: quibus pleraque Itala mancipia adduntur; quæ ſi cognoſcantur illius artis perita, difficilius ſuam conſequuntur libertatem: & compertum eſt, quo tempore Turca cladem tam magnam in mari accepit, semeſtri ſpatio centum quinquaginta triremes exædificatas fuiſſe, præter illas, quæ integræ ſuperfuerant. Verum quemadmodum triremes Turcis deeſſe nequeunt, ita remiges, nautas, & milites, qui tormenta explodant, ſimileſque nauticæ rei peritos homines, affatim non habent: quandoquidem Serenitas veſtra, cum eorum claſſem disjecit, atque ſubmerſit, privavit ipſos penitus maritimo milite. qui non adeo facile reſtitui poteſt, veluti terreſtris militia inſtauratur; cum maritima diſciplina majorem experientiam tempuſque diuturnius requirat.

In claſſibus utuntur quodam hominum genere, qui dicuntur Alappi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

[*Azappi.*] quos circiter viginti ſingu-
lis triremibus imponunt. utunturque
illis ad diverſa triremium munera.qui
ut plurimum continua ſtipendia me-
rent. Et præterea aliquot Ianizzari &
Spachi adhibentur, prout opportu-
num videtur. Et præteritis annis ab
extremis uſque Perſiæ finibus curave-
runt homines quoſdam advocari, qui
Chiurdi nominantur, quos claſſi ac
militiæ uſum impoſuere: ſed quemad-
modum terra eos ferociſſimos eſſe
conſtat, ita mari nihili faciendos eſſe
compertum fuit.

Etſi in tam vaſto imperio, mandata
magiſtratuum executioni demandan-
tur ſummo ſtudio ac ſeveritate, ne-
que alicujus ſubditi ratio ulla habetur:
ſummam tamen remigum penuriam
patiuntur, propter numerum ac fre-
quentiam claſſium: imo conquerun-
tur omnes. neque injuria; quoniam
pauci ex iis, qui claſſem aſſcendunt,
domum ſuam unquam revertuntur.
quum genus illud hominum mariti-
mis incommodis ineptum ſit, ac peſ-
ſime tractetur, ac proinde major eo-
rum pars cito moriatur. quodque per-
magni intereſt, cum neceſſe habeant
quoties inſtruunt claſſem, remigum
delectum novum agere; ipſorum tri-

remes

remes armãtur hominibus novis, inexpertis, maritimæ vitæ minus aſſuetis; unde morbi, qui eos deſtruunt, proficiſcuntur. Eſt etiam genus hoc remigum abjecti ac viliſſimi animi, quia in perpetua ſervitute habentur: ideoque triremes hunc in modum inſtructæ parvifaciendæ ſunt; numeruſque ipſarum timendus non eſt, præſertim hiſce temporibus, quibus ſuperba opinio illa, quam Turcæ animis ſuis impreſſerant, ſe à Chriſtianis oppugnari ac vinci non poſſe, ablata & abolita eſt: quinimo ipſorum animi timore adeo perculſi ſunt, ut cum noſtratibus manum conſerere non audeant; fatentes, triremes ſuas noſtris inferiores eſſe omni ex parte; neque minus propter milites pugnæ idoneos, quam propter tormenta, aliaſque res navigationi neceſſarias: & revera nos vix in Hiſtriam auderemus eas triremes mittere, quas ipſi in longinquas partes & ad quælibet facinora mittunt; adeo inermes ſunt, & negligenter inſtructæ. proinde in tota claſſe, etſi valde numeroſa, vix quinquaginta ſunt abſolutæ perfectionis triremes: quæ cum inſtructæ ſint propriis ducum mancipiis, quæ ipſorum divitiarum fundamenta ſunt præcipua,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

pua, ea periculo non libenter exponunt. Alterum incommodum eſt, quod duces eo magis abhorrent à prælio committendo, quo majus eſt imminens periculum, timorque, ne ſervi tumultuentur, atque deficiant.

Omnes Turcarum provinciæ à tribus hominum generibus incoluntur: Aſia & Africa à Turcis, multoque magis à Mauris: qui vero Europam habitant, eorum major pars adeo tyrannice habentur, eorumque agri adeo devaſtantur, demum in tanta abjectione atque rerum omnium deſperatione verſantur, ut eorum opera Othomannis valde periculoſa futura eſſet. Quod cum Turcas non lateat ipſorum nullam habent rationem. Igitur Princeps aliis hominibus, quam his, quos diximus ſtipendiarios eſſe, uti non poteſt: quod ſi ii deficerent, quo pacto eos aliunde reſtituere poſſet, haud exploratum habetur: quandoquidem ejus imperium, vaſtum licet, incultum eſt, & ſolitarium, omnique ex parte debilitatum, juxta Turcicum proverbium; Vbi Othomanicus equus pedem figit, in eo ſolo herbam poſthac nunquam amplius enaſci: & ipſimet fatentur, antiquam ſibi virtutem longe diminutam eſſe. Ab

initio

initio ſiquidem hæc natio quælibet incommoda perferre poterat, utpote quæ pauperrima erat, neque ſatis certas ſedes habebat; quæ duæ res induſtrios homines, & ad quæcunque pericula promptos, efficiunt: verum modo, cum illa Porta, tot debellatis regnis, tot ad ſeipſam divitias attraxerit, communem Imperiorum conditionem paſſa eſt, morum ſcilicet corruptelam, cum nihil militarem virtutem, armorumque gloriam, retundat obſcuretque magis, quam deliciæ, nimiæque commoditates; quemadmodum plurimis experimentis cognitum eſt. Hinc fit, ut modo Turcæ à bellis abhorreant; ita ut plerique, ne ad expeditionem adverſus Ghimentitum, Alabragam, & Cyprum mitterentur, omnem lapidem moverint, ingentiaque donativa effuderint; cum ut periculum & diſpendium effugerent, tum ut opum ſuarum commoditate fruerentur; ſperantes quoque, penes Portam ſe adulando plura merituros, quam procul arma tractando. Hæ igitur ſunt vires Turcarum; militeſque, quales deſcripti: de publico ærario nonnihil ſupereſt referendum.

Communis opinio eſt, Turcam quotannis octo aureorum milliones

exigere; ex quibus ſex tantummodo erogari, duos vero ſemper recondi. Quæ res parum credibilis mihi viſa eſt, quia rex ille in toto ſuo imperio nullas habet aurifodinas, & ab ejus miniſtris repugnantia intellexi. Illud quidem credendum eſt, Principi pecuniam deeſſe non poſſe, dummodo ærarium non dilapidetur, aut turbæ aliquæ excitentur, unde reditus publicos exigere non liceat: qui reditus, ut aiunt, conſiſtunt in duobus millionibus caracciorum; tribus millionibus & quingentis millibus ex portoriis & vectigalibus, computatis animalium emolumentis; item in quingentis millibus aureorum ex bonis locatis; demum uno millione [*ſeu mille millibus*] ex cenſibus bonorum caducorum, quæ fiſco inferuntur. Id vero nemini mirum eſſe debet; quicunque conſiderat, omnes opes ut plurimum, & præcipuas divitias privatorum hominum, apud advenas reperiri, ut poſtmodum explicabo. Præter hæc exigit Princeps centum ſexaginta millia aureorum ex tributis & penſionibus diverſorum Principum. Sed quotiescunque hæc fundamenta labarent, equidem non ſcio, unde Princeps ille pecuniam conquiſiturus eſſet. Illud tamen

men verum eſt, ſi Turcæ,ut in cęteris, violentiam adhibere vellent, poſſe illos, præſertim Conſtantinopoli, multam pecuniam corradere: ſiquidem credendum eſt, eo loci ingentem vim auri atque argenti, ob ſpolia tot regnorum,congregatam fuiſſe:cum nuper contigerit,utRoſtanus Paſſà quindecim milliones aureorum poſt mortem reliquerit; ejuſque uxor Sultana quingenta millia aureorum in reditibus annuis habuerit.

Quod pertinet ad annonam, & commeatus: Imperium illud pacis & belli tempore iis plurimum indiget, propter incuriam & negligentiam imperandi. Sed contrariam ibi penuriæ cauſam obſervare eſt,quam in noſtris regionibus comperitur. Apud nos enim propter populorum multitudinem, & ſoli anguſtiam, fit annonæ caritas: ſed apud Turcas, quia latiſſimæ regiones ſolitariæ fiunt, & qui eas incolunt, plus ſoli excolere nolunt, quam quantum neceſſitati ſuæ ſatis futurum ſit, nempe ſcientes, ſuperfluum ſibi à Turcis ablatum iri: fertiles etiam campi remanent inculti, & repribus obſiti: unde annonæ defectus oritur. Hoc tamen verum omnino & extra controverſiam eſt, cogi

eos, quocunque jubentur, neceſſarios commeatus afferre.

Cvm hactenus de magnitudine illius Imperii, de viribus, de opibus, de annona verba fecerim: nonnihil modo referam de iis, quæ ſecuritati ac munimento ejuſdem officere videntur. Imperium enim illud nulla ex parte ad neceſſarium belli uſum munitũ eſt: quod ideo forſitan evenit, quia muniendi ſcientiam non bene callent, & propter innatam genti avaritiam, aut verius propter nimiam ſui æſtimationem; nimirum exercitibus ſuis fidentes adeo, ut aliis propugnaculis ſe indigere non putent: ac proinde Imperium abſque inſigni arcium munimento conſpicitur. Quæ res Turcis eo magis neceſſaria videtur, quo plures populos, præſertim Chriſtianis Principibus finitimos, hoſtes habent; Vtpote qui partim Chriſtianam religionem colunt, & plerique Turcarum ad Perſicam ſuperſtitionem deſciverunt; Mauri quoque inter ſe de religione diſſident, ut ii pariter, qui Portæ aſſiſtunt. Ad quam rem ſi miſeriæ atque ærumnæ, quas pati coguntur, addantur, non poteſt ab iis aliud expectare Princeps, quam ut aliquando deſperatione, quæ timidos quoque audentes

dentes perſæpe effecit, adducti, Imperium ejus vehementer concutiant. Idque ad primam partem, quæ potentiam Turcarum ſpectabat, enarrandam ſufficiat. Ad politiam modo explicandam deſcendo.

Gubernatio & regimen Othomanici Imperii totum eſt apud homines Chriſtianis ritibus olim initiatos. Diverſis hi modis in ſervitutem rapti, & in ſectam Mahumetis converſi ſunt. Adducuntur autem Conſtantinopolim duobus modis. Altero, quod mittuntur quotannis miniſtri ad delectũ faciendum puerorum, qui filii ſint Chriſtianorum parentum, è quorum manibus vi abſtrahuntur, & Conſtantinopolim tracti illa ſuperſtitione imbuuntur, opumque & honorum ſpe allectantur: Quod ſi hujuſmodi perſuaſio locum non habuerit, vis adhibetur. Altero, quia cum ditiones & provinciæ capiuntur, plerique inducuntur ut Turcicam religionem ſuſcipiant; quorum nonnulli Principi offeruntur. Ex hoc duplici genere adoleſcentum delectus alius fit eorum, qui pulchrioris ſunt aſpectus, corporiſque venuſtiorem formam habent: hi per diverſa Principis clauſtra diſtribuuntur, ubi variis educationibus, quas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

enarrare longum foret, innutriuntur. Hi pedetentim creſcentes, majorem dignitatis gradum obtinent, prout virtutem præ ſe ferunt, & bonæ fortunæ favor iis adſpirat. Ii vero, qui excluduntur ab hoc ultimo delectu, ſerviliter & in laborioſis exercitationibus educantur, & ex veſtibus ſuis cognoſcuntur ab omnibus tanquam Principis mancipia: quum vero ad ætatem duorum & viginti annorum pervenerint, Iannizzerorum numero aggregantur. Qui vero in religione Chriſtiana perſiſtunt, ii miſerrimam vitam & ærumnis plenam perpetuo agentes, catenati crudeliter ſerviunt, vel tanquam remiges in claſſe, vel in aliis opificiis magno cum dominorum ſuorum emolumento. Aliud genus hominum, quam hoc, ex Chriſtianis parentibus oriundum, ad honores & ſtipendia admitti non ſolet. Hiſce tamen temporibus magna animorum offenſione ac moleſtia irrepit conſuetudo, ut Turcarum filii favoris cauſſà admittantur: quæ res meo quidem judicio haud mediocre Imperio detrimentum paritura eſt; & pleriſque grave ac moleſtum eſt, ut filius aliquis primi Viſirii Sangiaccus eligatur: & quanquam nonnulli poſteros ſuos in

honore

honore relinquunt, tamen paulatim ita declinare cernuntur, ut minimo etiam gradu ſpolientur. Ac proinde apud Turcas nulla nobilitas conſervatur, nulla rerum humanarum experientia, nulla magnitudo opum, quia ab aliis magnatibus ſub diverſo prætextu occupantur. Idcirco igitur ad regendam rempublicam accerſuntur homines ignobiles, inexperti, abjecti, ſerviles primum ex natura ipſorum, deinde quia nullam habent notitiam reipublicæ, nullam juſtitiæ, nullam religionis, nutriti ſolum in luxurioſis affectibus, pleni libidinis & avaritiæ; ac præſertim addicti arrogantiæ atque ſuperbiæ vitio, quod in ipſis ob tot ac tantas eventuum proſperitates magis ac magis amplificatur.

Per hæc tempora poteſtas ſuprema in Sultano Selimo Othomano collocata eſt, ſub quo rerum ſummæ toti atque univerſæ reipublicæ gubernandæ præfectus eſt Mehemet Paſſa, primus Viſirius. In illo imperio alia non eſt auris, ad quam propoſitiones, reſponſiones, & mandata, novitates omnes, quæ ex tot regnis nuntiantur, referantur. Ipſe ſolus omnia munera, omnes gradus, officia omnia & honores Imperii totius, qui nihilominus

infiniti eſſe videntur, diſtribuit: ſolus audit, ſolus conſulitur, & legatis reſpondet ſolus; omnibuſq; regnis providet, omniaque ipſe ordinat: ad poſtremum ab ipſo cuncta civilia, criminalia, politica dependent; neq; aliud quam capitis ejus conſilium attenditur. Attamen in tanta auctoritate, cum timore, ac ſummo reſpectu, minimam quanque rem tractat, nempe quia variabilem Principis naturam ſuoſque æmulos Paſſas veretur. Qui omnes nunquam Principem alloquũtur, niſi quo tempore equitat: tunc enim ille modo unum, modo alterum ad ſe vocat: ſed memoratus Viſirius ſemper & ubique eum alloquitur; præſertim in Divano, hoc eſt, auditorio publico, in quo aſſident omnes Paſſæ non modo, ſed etiam cæteri illius Portæ miniſtri præcipui. Cæterum Othomannici Imperatores conſuevere ab hominum commercio procul abeſſe, & cum nemine verſari, niſi cum Eunuchis, pueris ac mulieribus: quod genus hominum omni rerum mundanarum intelligentia caret, cum in iis clauſtris educatum neminem unquá videant, aut cognoſcant; neque enim cuiquam hominum licet clauſtra illa ingredi; ſed ſi aliquid agendum eſt, per

ſche-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſchedulas ſingulis momentis tractari poteſt, quibus per alias ſchedulas ſtatim Princeps reſpondet.

Turcicum Imperium nulla inſtituta legesque habet, quibus juſtitia, ac reſpublica, ac religio gubernetur, præterquam unum Alcoranum. Ideò ſicuti opes & arma in manibus eorum ponuntur quiChriſtiana religione imbuti fuere: ſic lex, ejuſque interpretatio, apud eos repoſita eſt,qui ab origine ſua Turcæ ſunt. Hi vero filios ſuos inter Moſchæarum, hoc eſt, templorũ ſervitia educant, ubi Alcorani dogmata docentur. poſtea adulta ætate Cadi, quaſi Prætores, creantur, juſtitiamq; adminiſtrãt:etſi executio apud eos eſt,penes quos jus armorũ viget.

VERVM ENIM VERO ut aliquid de ipſorum religione attingam, dico, etſi pauci ſunt ii qui Mahumetanam religionem veram eſſe opinantur, eademque diverſas apud illos interpretationes recipit; Turcæ nihilo minus mordicus retinent cerimonias, conſuetaſque preces pauciſſimi omittunt, & nemo jejunium quotannis menſtruum, quod Romadan (*Ramadan*) vocant, non obſervat. Religionis ſuæ caput & ſummum interpretem habent Moffti; qui à Principe diligitur;

vir præcipuæ integritatis atq; ſapientiæ. Hic apud Turcas in maxima eſt veneratione, tantæque autoritatis, ut quoties quippiam deciderit, Princeps ipſe nolit illud retractare. Hic idem in qualitate ſeſe immiſcet rei, ſive ea civilis ſit, ſive criminalis, ſive etiam ad rempubl. adminiſtrandam pertineat: ea tamen conditione, ut ex ſe ipſo nihil imperet, ſed unicuique liberum ſit, cum aliqua vertitur difficultas, ab eo reſponſum petere, brevi aliqua facti narratione in papyro exarata: ſuper qua ipſe judicium ſuum interponit, quod *Zetfa* appellatur: quod ab altero litigantium, ſi coram judice ordinario producatur, cauſa per ipſum terminatur juxta tenorē *Zetfa*, ſi modo facti narratio veritati congruat. In rebus politicis deinde Princeps ejuſdē autoritate utitur, ut ſe juſtum ac religioſum oſtentet. Ipſius enim petit reſponſum cum de bello hoſtibus inferendo, tum etiam de cæteris quibuſcunque rebus, quæ ad Imperium ſpectent: quo ſcilicet religionis medio ſubditos diſponit promptius ad ſua juſſa peragenda. Id tamen non ignorandum eſt, hunc Mofftim perpetuo adulari Principi, & ad ejus placita opinionem ſuam accommodare, ſuaſque ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ententias ex temporum opportuni-ate immutare: adeo ut hic homo nõ nfructuoſum futurus ſit inſtrumen-um ad Principis voluntatem, quo-unque libet, pro rerum neceſſitate liſponendam.

Porro ipſorum religio in varias o-iniones diſcreta eſt, non modo inter Othomanos, Perſas, & Arabes, ſed n ipſo Turcarum imperio inter eoſ-lem populos ſubjectos; poſſumq; aſ-ſerere, opinionem illam, quæ hodie ce-remoniis retinetur penes Portam O-thomanicam, ad eos tantũmodo Tur-cas redigi, qui Europam habitant: quia in Aſia, & in tota Arabia, intrinſecus Arabicæ opinioni adhærent, etſi Mau-ri, Syriaci, & Aegyptiaci nonnihil cum Perſis differunt, ſed cum Turcis vel maxime diſſident. Quæ res Othoma-nis magnum terrorem incutit: nimi-rum verentur, ne belli tempore adver-ſus Sophum in partibus illis notabilis aliqua defectio oriatur. Verum præ-ter has omnes in illud Imperium, ac præſertim in eam partem Europæ, quæ à Chriſtianis incolitur, alia periculoſa inducta eſt opinio, quæ noſtræ ſimil-lima eſt: nam Chriſtum Deum ac Re-demptorem hominũ prædicant: quæ opinio in animis multorum tales egit radices,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

radices, ut plerique Portæ magnates eandem foveant; & nonnulli incredibili conſtantia propter eandem opinionem mortem non refugerunt: adeo ut ſi aliquando inter populos illos hac de cauſa tumultus aliquis excitetur,equidem haud parvo ſedetur negotio. Vt vero religionem ſuam tueantur, ajunt ſolo enſe ſibi diſputandum eſſe cum infidelibus: contra quos ipſis conceditur ſine intermiſſione bellum gerere, donec ſubjugentur, & donec fidem Mahumetis ſuſcipiant, aut fiant tributarii.

Prohibentur etiam lege, ne unquam locum hoſti reſtituant, quem ferro ceperint, & ubi Moſchæas ædificaverint, preceſque ſuas recitaverint: quibus, ex religione deſumptis, locutionibus illa natio ſemper utitur ad Imperium ſuum amplificandum. Ex quibus poteſt hic Senatus Excellentiſſimus ope ſuæ prudentiæ introſpicere cogitationes iſtorum hominum religione abutentium,ut populos ad onera bellica patienter ſuſtinenda audientes habeant. Neque tamen prætermittam Serenitati Veſtræ ſignificare, cum hæc reſpubl. memorabilē nuper victoriam obtinuiſſet,& Imperium illud declinare animadverteretur, Turca-

as ipſos profeſſos fuiſſe, quamcunque
e fortunam libenter toleraturos; vi-
delicet ſperantes, meliori conditione
e Chriſtianis parituros: Credendum-
que eſt, in Syria, & in Aegypto, Mau-
ros ejuſdem eſſe animi: præſertim quia
experti ſumus, ob nimiam Turcarum
tyrannidem Aſiaticos Mauros defe-
ciſſe, Africanos vero libentius Chriſtia-
nis quã Turcis adhæſiſſe; & nihilomi-
nus Mahumeto addicti omnes ſunt.
Adeo mores ipſorum Turcarum into-
lerandi exiſtunt: quum nihil, niſi re-
gnorum ac provinciarum everſio-
nem curent.

Hæc tamen Regiminis forma ad
Imperii propagationem permultum
prodeſt; quia cum ſubditi omnes abje-
cte & mancipiorum more educati &
inſtituti ſint, tanta inter eos viget di-
ſciplina, & obedientia, ut nihil ma-
gis: nimirum vehementer moventur
præmii ſpe, & pœnæ formidine,
cum omnes peræque mancipia ſint
unius Domini, à cujus nutu vita, pa-
trimonia, honores ipſorum depen-
dent. Quare nihil aliunde auxilii ſpe-
rantes, omnes ſuas cogitationes ad
præſtanda Domino obſequia conver-
tunt. Hanc quoque ipſorum obedien-
tiam adjuvat finium Imperii amplitu-
do,

do; in quo cum nulla peculiaris juri
dictio includatur, nequeunt ii, qui d
lictum aliquod committunt, faci
ſalutem quærere, uti in noſtris regio
nibus aſſolent delinquentes. Quin e
tiam prærer finium longinquitatē in
de quoq; augetur difficultas; quonian
finitimi Principes religione & anim
à Turcis valde alieni ſunt; ac proind
ab iis nullam profugi opem expectar
queunt. Ideoque inter Turcas perra
rara fiunt homicidia: tametſi enin
injuria ſeſe afficiunt, & mutua ſibi in
fligunt verbera, iramque ſuam primi
illis animi motibus fuſte explent, ta
men momēto illo præterito omniun
obliti eſſe videntur. Fruitur quoqu
Imperium altero ſecuritatis, atque
utilitatis non minori privilegio: nequ
enim permittunt, ut magnatum fa
miliæ in honoribus & autoritate ſuc
ceſſionem obtineant: ideoque cun
& juriſdictione & clientelis careant
poteſt ille Princeps in utramque dor
mire aurem, quod numquam ſubdit
defecturi ſint: cum omnes defectio
num autores removeantur. Inde fit
ut quoties Baſſæ, & primi quoque Vi
ſirii odorantur, mortis ſuæ ſenten
tiam ſtabilitam eſſe, poſthabito omn
fugæ remedio, ex ſe ipſis deſtinato ſup

plici

licio ſeſe offerant. Ex hac Imperii ſolitudine aliud quoque beneficium reſultat, quia cum undequaque incultum ſit, & ſolitarium, quiſquis eas regiones terra invaderet, magnum experiretur incommodum, quod is exercitum difficillime ſuſtentare poſſet, niſi commeatus aliunde comportaret, longeque majores, quam ii ſunt, quos Turcæ præparant, quoties caſtra movent. Illud autem pro certo habendum eſt, nihil magis eidem Imperio aliquando nociturum, quam ſui in ſe ipſo incredibilem confuſionem.

Iam tempus adeſt, ut quo pacto erga cæteros Principes affecti ſint Turcæ, aut hi viciſſim erga illos, Serenitati Veſtræ referam. Idcirco à Pontifice exordium capiam: etſi de hoc pauca dicenda ſint, cum inter ipſos nulla ex finibus aut commercio controverſia vertatur, neque opes & imperium ipſius apud Turcas plurimi fiat; quamvis non ignorent, ipſum poſſe auctoritate nominis ſui cæteros Principes conjungere. Quoad Imperatorem, optime cognoſcunt, illius vires minimum valere; neque enim minus à Turcis, quam à nobis, ſciuntur Germaniæ diſſidia propter religionis varietatem, aliiſque de cauſis; ideo ipſum

parvi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

parvifaciunt. Veruntamen credĕdum
non eſt, Principem hunc adverſus Im
peratorem arma moturum, cum pro
pter Imperii Turcici imbecillitatem
& opinionum novitates, tum etiam
quia regiones Turcarum adeo devaſta
tæ ſunt, ut aggredi hoſtem difficilli
mum factu ſit; docente experientia
propter minimam adverſitatem co
eos receptui canere, quemadmodum
ſæpeSultanoSolymano accidit in bello
Perſico, & Hungarico. Quod pertinet
ad amicitiam, quam cum rege Chri
ſtianiſſimo Turca colere dicitur, non
ejuſmodi eſt, cujuſmodi eam eſſe qui
dam putant: ſiquidem in rebus ho
neſtis perſæpe non ſolum non ei ob
ſequuntur, ſed in juſtiſſimis etiam re
bus maxima injuria ipſum afficiunt.
Adhæc nuperrime Princeps ille men
tem ſuam erga Regem Galliç ſatis ma
nifeſtavit, dum de Polonorum rege
eligendo ageretur: nunquam enim
fratrem Regis eo pacto, ut regebatur
promovere voluit; imo curavit, ut Po
loni Regem ex ſe ipſis eligerent ali
quem. Illud tamen certum eſt, cum
timerent Turcæ, ne electio in domum
Auſtriacam vergeret, aut adMoſchum
tunc minus malū eos putaviſſe, ut An
degavenſiumDux eligeretur: ipſumque
liter

iteris tunc ſuis commendavere; ſed um in modum, ut Galli minus mole- te laturi fuerint, ſi eum non com- nendaviſſent: nam præterquam, quod atis frigida erat commendatio, ſub onditione adhuc ſcripta erat: ſiqui- lem Polonos hortabantur, ut ex ſe pſis regem eligerent; ſin vero minus d fieri poſſet, Chriſtianiſſimi regis fra- er commendabatur: & hujus officii xpeditionem adeo procraſtinave- unt, ut jam ejus Majeſtatis frater ele- tus fuerit, antequam ad Polonos per- eniret epiſtola.

Regem Catholicum Princeps ille ninoris facit, cum quia Tunetum re- eptum eſt, tum propter Belgicos tu- nultus, tum etiam quia non ignorat Regem difficile claſſem parare poſſe, uæ ſua ſuperior ſit.

Rex Poloniæ, quia ſatis numeroſo ollet equitatu, plurimi fit à Turcis; tſi viciſſim Turcæ Polonis inferre da- nna poſſunt: ideoque Poloni Turci- um Imperatorem valde verentur, eo nagis, quia cum fines communes ha- eant, Turcarum excurſiones perti- neſcunt: ſiquidem ex iis pecudes & rmenta, hominesque abripiuntur. Ad uæ damna effugienda, adverſus Tur- as dexteritate utuntur, eoſque offi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cioſe tractant. Moſchus vero apud Turcas majorem habet exiſtimationem, quia potentior princeps eſt; unde cum Othomanis res ſuas imperioſe agit: nempe populis ſuis confidit, qui & numero & virtute plurimum valent: eum ſiquidem 150 equitum millia in campum educere poſſe dicunt. Hæ Moſchi vires, & fœdus quod cum Perſa inivit, quemadmodum Turcæ cum Tartaris inivere, ipſum validiorem & majore dignum reſpectu efficiunt: quia, ſi adverſus eum arma moverentur, Perſæ quoque accurrerent & conjurarent: quemadmodum me degente Conſtantinopoli compertum eſt: tunc enim Turcæ tentaverunt, ut Volga fluvius per foſſam duceretur in Tanaim, quo commodius cum Moſchis commercia agitarentur: quæ res maximæ fuiſſet utilitatis: ſed revera Turcæ id effecerant, ut ſuæ claſſes in mare Caſpium adduci, & tota Perſis ab ipſis infeſtari poſſet; eoque pacto ituri contra Sophum, eas tollerent difficultates, quæ ex longis itineribus neceſſario terra ſuſcipiendis patiuntur. Per hæc tempora inter Moſchos & Turcas neque pax, neque bellum viget: meoque judicio conduceret huic reipublicæ ſi Moſchorum Principi ſe

ben

benevolam exhiberet, cum per ipſum regis Perſarum amicitia facile obtineri poſſit. Hic rex inter omnes Principes apud Portam, hoc eſt, aulam Imperatoris Turcici, maximam habet nominis exiſtimationem; non ſolum quia plurimum poſſe creditur, cum propter latitudinem finium, quos cum Othomanis communes habet, tum propter Moſchorum auxilia, ſed etiam propter altiores cauſas: nam, omiſſis difficultatibus quas ambo illi Principes in tractando bello experiuntur, ob locorum difficultatem, obque deſerta loca interjecta, per quæ exercitus duci nequeunt, niſi ingenti commeatu præparato; ad illas explicandas opes deveniam, quas Perſæ adverſus Othomanos in promptu habent.

Serenitas veſtra non ignorat quantæ in animis hominum religionis vires exiſtant: uti etiam, poſt Mahumethis mortem, legem ipſius à quibuſdam diſcipulis ſuis interpretatam fuiſſe: ex quibus interpretationibus hæreſes ortę ſunt, quarum major fuit, quam Aly ejuſque aſſeclæ induxere. Hanc Aly opinionem non ſolum Perſæ omnes ſequuntur, quamquam inter ſe diſcrepant, ſed omnes fere Othomanici Imperii provinciæ eandem re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

tinent: ideoque tanto rerum momento Perſis addito, cum populi illi valde ſint addicti ſuperſtitionibus, Chriſtianis Principibus adprime conduceret cum Sopho artam amicitiam conſociare, ejuſq; animum ita diſponere, ut belli communis neceſſitatibus arma prompta haberet, eſſetque id ante ipſum diſcrimen cogitandum, atq; exſequendum. Similes diſſertiones dilatare poſſem ad alias quoque nationes, ad Tartaros ſcilicet, Georgianos, Scythas; denique ad reges Africanos, alioſque ampliſſimo huic Imperio finitimos: verum quia majus inde tędium quam utilitas caperetur, ſimilia prætermittam, ut demum, qua in exiſtimatione ſit penes Portam hoc Sereniſſimum Dominium, & quo pacto ea ſervari & augeri queat, recenſeam.

Nullum dubium eſt, Excellentiſſimi Patres, duo eſſe præcipua fundamenta, quibus Imperia conſervantur. Alterum quidem opes ſunt, ac vires, tanquam Imperiorum omnium verum fundamentum. alterum eſt exiſtimatio; quæ tantum in ſe habet auctoritatis, ut ſæpe accidat ipſa deficiente, opes quoque ipſas ac potentiam labaſcere, & ad nihilum redigi: at ex adverſo, potentia ab exiſtimatione ac majeſtate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

jeſtate tantum incrementi recipit, ut majoribus principatibus ex rebus geſtis æquiparetur. Hæc exiſtimatio ſuſtinetur præſertim prudenti negotiorum tractatione: ideo ad hanc rem id addendum mihi videtur, ſi quid antehac Turcæ de hoc Dominio noſtro honorifice ſentiebant, antequam bellum moverent, eam ipſorum ſententiam innixam fuiſſe magis utilitati alicui, quam exiſtimationi, aut notitiæ, quam haberent virium noſtrarum: quæ profecto imbecilles illis videri poterant, dum multis abhinc annis nihil experti ſunt, unde nos viriliter ſecum acturos ſuſpicari poſſent: hæc autem opinio eo firmius animis eorum inſederat, propterea quia noſtra negotia incredibili verecundia cum illis tanquam potentioribus agebamus, quaſi Imperii illius labes & imperfectio nos lateret: & præterea res noſtras humiliter agebamus, & offerebamus: quo inſtituto naturalis ipſorum ſuperbia excreſcebat, ut ſperare auſi fuerint, ſimplici petitione ſe regnum Cypri à nobis obtenturos: quandoquidem in rebus agendis Turcarum mos eſt, ut eo magis quempiam conculcare nitantur, quo ſe ei ſuperiores eſſe magis animadvertunt. At diverſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

more cum illis agendo, melior agentium ſit conditio. In mentem venit, ſcripſiſſe me nonnunquam, cum Turcis agere atque tractare negotia, perinde eſſe, ac ſi vitrea pila ludatur; nam ſi unus violenter illam projiciat, non eſt ab altero pari violentia repercutienda, alioquin frangitur; ſed dexteritate capienda eſt, & ſcite remittenda. Si quis juxta ſuperbiam & arrogantiam Turcarum reſpondeat, is gladio ignem fodicat. Rurſus ſi quis ipſorum arrogantiam præter dignitatem noſtram nutriat, agatque demiſſis animis, id nihil aliud eſt, quam eundem ignem lignis & oleo augere: ſed ſi audacter loquare, illud equidem reip. vel maxime profuturum eſt. Vtque alium Turcarum morem non prætermittam, addo, inter ipſos donativa adeo in uſu haberi, ut abſque illis quicquam obtineri nequeat. Hoc autem agendum erit cum dignitate: ideo erga quos & quo modo ſtylus hic ſervandus ſit, diſtinguam brevibus. Tres ſunt quatuorve penes Portam illam miniſtri, quibuſcum neceſſario pro quolibet negotio agendum eſt. Hos laudarem, extraordinariis aliquibus munuſculis detinendos eſſe, ſed opportune ac prudenter. Et hæc, Sereniſſime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

niſſime Princeps, de Turcico Imperio Serenitati Veſtræ habui referenda.

IV.

DISSERTATIO, TVRcicum Imperium, etſi tyrannicum, inſuperabile ac perdurabile videri;

Ex eodem P. Honorio.

ETSI, teſte Ariſtotele, nihil violentum durabile: unde ſequeretur, Turcarum Imperium, quia tyrannicum eſt & violentum, durabile non eſſe: tamen experimento naturæque rationibus comprobatur, ejuſmodi Imperium non modo perduraturum, ſed etiam ex ſeipſo invictum fore. Quæ res antiquarum hiſtoriarum exemplis, neque minus recentibus teſtimoniis, clariſſime apparet. Legimus enim, Iulium Cæſarem virtute ſua ac militari violentia, invito Senatu populoque Romano, ex cive Imperatorem ſe feciſſe: qui etſi poſtea à conjuratis interfectus eſt, nihilominus Imperium ac Principatus ejus, quanquam ab initio tyrannicus, per multa ſecula manſit; quouſque legitime in Conſtanti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

num pervenit: qui primus Chriſtianus Imperatorum fuit. Pari quoque ratione Philippus Vicecomes, Dux Mediolani, ſine filiis maribus defunctus, Blancam filiam ſuam extra matrimonium ſuſceptam reliquit, quam duxit uxorem Franciſcus Sfortia Sfortiæ Attendoli filius, ſuorum temporum celeberrimus Dux: tunc Senatus Mediolanenſis, ob Philippi mortem libertatem ſuam reſumpſerat: ſed poſt multas denique controverſias Franciſcus Sfortia, quem memoravimus, virtute ſua Ducatũ illum occupavit. & quanquam Galeacius Maria ejus filius & ſucceſſor conjuratione quorundam Mediolanenſium Patriciorum interemptus fuiſſet: nihilominus permanſit Principatus ille ad noſtra tempora, quouſque Franciſcus Sfortia de illo teſtatus eſt. Sic nihilominus Principatus adhuc perſeverat, ac perſeverabit, quouſque divinæ placuerit providentiæ; cum tamen in ejuſmodi Imperiis nunquam deeſſe ſoleant proceres, virique primarii, qui perpetuo ſtruunt inſidias, videntes, ſe bonis, dignitatibus & honoribus ſuis, quibus etiam antiquitus majores ſui fungebantur, ſpoliatos eſſe.

Verum Imperium & Pontificatus Tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Turcarum, etſi tyrannicus & vio-
entus eſt, nihilominus paulatim plu-
imorum ſpatio ſæculorum excre-
vit, auſpiciis Othomani, à quo duce
amilia Principum & Regum ſumpſit
xordium.

Hic Othomanus virtute atque in-
genio ſingulari, anno milleſimo tre-
centeſimo, congregatis viris opibuſ-
que, bella gerere incepit, adiutus præ-
ertim Memphiticis militibus: idque
moris, inſtar Cyri, habebat, ut illis
hoſtium ſpolia divideret. neque mo-
lo prædas, verum etiam ditiones ac
provincias partiebatur; ipſoſque ad
e Legis ad vitam liberiorem ducentis
llecebris attrahebat: adeo ut vicini
populi nullam hac majorem fœlicita-
tem inveniri putantes, certatim ad
pſum concurrerent, ſeſeque eidem li-
benter ſubjicerent. Quem morem
Othomanus, quoad vixit, ejuſque
ucceſſores, deinceps retinentes, Im-
perium ſuum ad eam, quam cerni-
mus, amplitudinem propagavere. Hoc
autem eo diutius perſtiturum eſſe cen-
endum eſt, quia Princeps Turcarum
neminem per hæc tempora ſibi habet
æqualem, quive ad Principatum aſ-
piret, exceptis filiis ſuis; qui nonnun-
quam tam procul ab Imperatoris con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſpectu amandantur, ut ſibi ab iis c
vere, quod cæteri omnes Princip
faciunt, neceſſe non habeat. Ad ha
ejus ſubditi, ac præcipue miniſtri, cu
aut Turcæ nativi ſint, ſed qui Chr
ſtianam religionem abjuraverunt,
lienigenæ, abſque conſanguineoru
notitia, ex paupertate evecti ad div
tias, opes & honores ejuſmodi, ut
priſtinam religionem reſumere ve
lent, pro certo habeant nuſquam ge
tium ſe poſſe tantam dignitatis an
plitudinem conſequi; ideo Prince
ab omni ſuſpicione vacuus domin
tur; neque nativis Turcis ejuſmo
auctoritas unquam conceditur,
conſtitutione ipſorum legiſlatoris, q
Chriſtianis abjuratis Reipublicæ a
miniſtrationem majoraque negot
commiſit: nativis autem Turcis juſti
tiam criminalem atque civilem con
mendavit, quia ſcilicet ii propter Idi
ma, literaſque Arabicas huic admin
ſtrationi aptiores exiſtunt; hique Ca
nuncupantur. Hucuſque valida ſat
argumenta protuliſſe mihi video
unde quiſquis brevem hanc diſſert
tionem perlegerit, facile poterit inte
ligere, an Turcicum imperium vin
poſſit, nec ne: Adhæc autem vitæ
bertas addi poteſt, quæ quidem nim

hom

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ominem allicit: vidimuſque ac quo-
die videmus innumeros, qui relictis
arentibus, patrimoniis & patria ad
utheranos deſciſcunt.

Iterum oſtendi poteſt, imperium
oc inſuperabile eſſe, propterea quod
aquit Ariſtoteles, Virtutem unitam
ortius ac citius operari, quam diſgre-
atam: verbi gratia, funale accenſum
omburet magis, quam candela, aut
pſius funalis ignis, ſi dividatur. Quod
um ita ſe habeat, ſequitur, Turcicam
otentiam, quæ unita & maxima eſt,
oſſe vehementius ac velocius opera-
i, quam Chriſtianorum potentiam,
quæ inferior & minor eſt: cum illa ab
ıno duce, cujus juſſa promptius au-
liuntur, dependeat; Contra, Chri-
ſtianorum potentia, quia diſgregata
eſt, & diverſos habet Principes, eadem
celeritate & vehementia nequit ſeſe
ad Turcarum offenſam expedire: ac
proinde ab eorum exercitibus & claſ-
ſibus facilius ſuperamur. Quod ſi quis
objiciat, nuper ad Echinadas inſulas
eos, quamquam plures & unitos, à no-
ſtris diſgregatis viribus debellatos fuiſ-
ſe; reſpondetur, id non Chriſtianorum
virtutem, ſed merum fuiſſe Dei mira-
culum: qui eo tempore ſe exercituum
dominum eſſe, & cuicunque ſibi libi-
tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

tum eſt, victorias elargiri oſtendere
voluit. Id autem compertum eſt
eo, quia nemo neſcit, quanta difficu
tate claſſes Pontificia, Hiſpanica & V
neta conjunctæ fuerint; & in quo te
rore verſaretur urbs Venetiarum, qu
quidem præcipuum eſt adverſus Tu
cas propugnaculum; & poſtquam
ciatæ fuerunt claſſes, quot inter Gen
rales præfectos diſcordiæ ortæ fuerin
ob ſceleſtos illos homines, qui ſuppl
cio affecti ſunt: cujus rei fuſior ment
habetur in eo diſcurſu, quo allegan
tur juſtæ cauſæ, cur Veneti ad pacem
cum Turcis ineundam adducti ſunt
non obſtante fœdere. Nemo etian
ignorat, exploratorum vitio factum
fuiſſe, ut navale certamen committ
retur: utriuſque enim partis explora
tores retulerant, minorem eſſe nav
giorum numerum, quam utrinque
habebatur. Omnes ſciunt, Chriſtia
nam claſſem ex Alexandræo portu ſo
viſſe, ne eam Turcica invaderet; qu
facto & victa & disjecta fuiſſet; Turc
cam autem ad eum portum convola
ſe, ut eam caperet, vel ſaltem perter
refaceret. Neminem denique fugit
quanto pejor erat Chriſtianæ claſſ
conditio, dum Turcica expanſis veli
vento propitio, ſole poſt terga relicto
majore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

majore, ut oculis omnium cernebatur, numero navium, Chriſtianos aggrederetur: quæ res omnino victoriam Turcis attuliſſent, niſi Chriſtiani Deo fidentes, & ſanctiſſimo crucis ſigno ſeſe munientes, ſublato in honorem Dei clamore, obviam iviſſent hosti; cui mirandum in modum ventus inverſus eſt, malaciaque ſumma facta; nube ſol opertus, qui prius aciem Chriſtianorum lædebat; denique Chriſtiani memorabilem poſt hominum memoriam conſecuti ſunt victoriam: quam quia, tanquam divinitus immiſſam, non ſuſceperunt, oſtendit Deus, non viribus & cauſis naturalibus Turcæ obſiſti poſſe, ſed ſolis ſupranaturalibus, quæ à Deo dependent, eundem debellari poſſe.

Ex quibus ſatis perſpectum eſt, num viribus noſtris, an cœleſtibus, Turca, miniſter & flagellum Dei, vinci queat.

Poſt adeptam hanc victoriam Chriſtiani ſequenti anno viribus ſuis bellaturi (& hinc cognoſcetur, an vires unitæ diſgregatis fortiores ſint, & an vehementius operentur) inter ſe convenerāt, ut menſe martio ad Corcyram omnes Chriſtianorum claſſes congregarentur, quo Turcicam tempeſtive laceſſerent; ideoque Veneti maximo cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cum damno diu fœderatos expectav-
runt : at Hiſpanicæ triremes non m-
do ſtatuto tempore non acceſſerun-
verum præſidium illud navium ac t-
remium , quod ad Corcyram miſſu-
fuerat , revocatum eſt : ac proinde
claſſis Veneta cum Pontificis cla-
conjuncta,neglecto Hiſpanorum ſu-
ſidio,obviam Turcicæ claſſi procede-
di conſilium cepit : in quam cum i-
cidiſſent,neminem fugit, quantope-
Duces Generales Pontificis & Venet-
rum inter ſe diſſenſerint : quæ f-
cauſa cur prælio omiſſo, altera vict-
ria de hoſtibus non reportaretur: q-
quidem facile obveniſſet; quia Tur-
ca quam Chriſtiana claſſis eo temp-
re imbecillior erat. Quare igitur id
contigit? Huic interrogationi reſpo-
deat,qui cauſam ſcit,aut quiſquis a-
rei interfuit. Ideo profecto contig-
quia Chriſtiana claſſis non unius er-
& quia Deus largitor eſt victoriaru-
Quod ſi quis forte diceret; Si tunc H-
ſpana claſſis adfuiſſet,fortaſſe ejuſm-
di controverſias non interceſſuras,
prœlium commiſſurum fuiſſe;reſpo-
detur, paulo poſt iterum contigiſſe
unitis noſtris claſſibus hoſtes ſeſe -
tulerint; cumque ſe multo inferio-
viderent, fugam cœpiſſe, & ad litt-
Meth-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſethonis, derelicta claſſe, terga vertiſ-
e. Quid igitur tunc temporis hoſtes
ervavit, niſi Principum Chriſtiano-
um Duces; qui inter ſe diſcordes, con-
ilia ſua in diverſum diſtrahebant: ad-
o ut ſi Chriſtiana claſſis unius Ducis
uiſſet, prælium commiſſum foret, ne-
ue cladis Turcicæ nuntius ſuperfuiſ-
et, & ad illud tempus fortaſſe Turci-
a potentia finem reperiiſſet; verum
noſtræ diſcordiæ, vel potius peccata
noſtra, eripuerunt nobis tam oppor-
unam victoriæ occaſionem, quæ qui-
dem felicitate ac magnitudine priori
victoriæ locum non conceſſiſſet.

Quod profecto divino permiſſu fa-
ctum eſt, ut pateat omnibus, Turci-
cum Imperium nō ſolum viribus ſuis
& naturalibus rationibus perſevera-
turum, ſed etiam ad noſtra ſcelera ex-
pianda inſuperandum fore, niſi cauſæ
ſupervenianr cœlitus immiſſæ; hoc eſt,
vera, non ficta Chriſtianorum chari-
tas, qui fide, ſpe, & timore Dei in-
ſtructi, pro ejus divina Majeſtate &
exaltatione ſuæ S. fidei ſolummodo
pugnare decernant. Quæ quidem res
aliquando, Divina favente Clementia
afflictæ Chriſtianorum reipubl. conce-
detur, ut ſuccedat Evangelicum illud:
Tunc fiet unum ovile, & unus paſtor.

V. Ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

V.

HORATII MALAGVZZI
de Turcici Imperii cum aliis monarchiis comparati magnitudine diſſertatio.

TERRAM univerſam recen
tiores Geographi plerique i
quatuor partes dividunt, Eu
ropam ſcilicet , Africam, A
ſiam , & Americam , ſive Novum Or
bem. Et in tribus quidem tantum
prioribus Turcarum Imperator mul
tas ac latas regiones poſſidet ; at Re
Catholicus non ſolum in illis quoqu
longe lateque dominatur , ſed No
vum etiam Orbem ſolus ſub Imperi
habet.

Verum ut ad particularia venia
mus,in Europa quidem Turca bonam
partem earum regionum poſſidet
quas Ptolomæus nova ſua Tabul
complexus eſt; magnam nempe Iazy
garum Metanaſtarum partem,qui ho
die Valachia comprehenduntur ; par
tem Daciæ, quæ hodie Tranſſylva
niæ accenſetur ; Myſiam ſuperiorem
quæ Boſnam , Raſciam & Servian
complectitur ; Myſiam inferiorem
cujus partem, ut & Thraciæ, Bulgari

regnun

gnum continet ; reliqua vero pars
hraciæ hodie Romania dicitur. Idem
ræterea ſub imperio habet omnes
is regiones quas Ptolomæus in de-
ma Tabula collocat, Macedoniam
empe, quæ hodie Albania eſt; Epi-
um, Butrintum hodie ; Achaiam,
unc Græciam vulgo; Peloponneſum,
odie Moream.

Idem dominatur omnibus inſulis
Archipelago, magno numero ſpar-
, quas Cyclades antiqui nomina-
int: quamvis earum paucæ ſub Ve-
etorum manſerint imperio. Inclu-
tur itaque Turcarum Imperium ver-
s orientem, Propontide quod ho-
e *Mare di Marmora* vocant; Ponto
uxino, qui hodie *Mare Maius*; & ma-
Aegæo, quod Archipelagus alias ap-
llatur : à meridie mari Cretico,
emque mediterraneo: ab occaſu ma-
Adriatico : à ſeptentrionibus vero
ungariæ, Moldaviæ & Tranſſylva-
æ finibus. Et circuitus quidem uni-
rſi Imperii, quod in Europa Turcæ
oſſident, ſecundum prædicta litora
mplectitur Italicorum milliarium
citer decem millia & quingenta.

Quam ſuperficiem univerſam, ſi re-
ctis in quadrum milliarib. menſura
mplecti vellemus, reperiemus mill.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Italica circiter trecenta duodecim millia & undeſexaginta.

In *Africa* Turca oram litoralem à Firamida, tanquam termino orientaliſſimo, ad Gerbin uſque poſſidet: quo quidem tractu univerſa Aegyptus & omne id quod Ptolemæus in ſecunda & tertia Tabula Africæ ponit, continetur, ut & Lybia Marmarica, quæ recentioribus Borea dicitur.

Tractus hic omnis milliaria circiter mille & quadringenta complectitur.

Quod ad interiora Africæ, nihil ibi Turcæ poſſident, præter Aegyptum, quam olim Sultani Alcairi ſub Imperio habuerunt. Reliqua tenent Arabes, gens vaga, nulli certo domino vel regi obtemperans. Poſſident tamen iidem Turcæ Maris Rubri aliquam partem, occaſus verſus, à Suës uſque ad Zibit: quod quidem ſpatium milliarium eſt circiter trecentorum & quinquaginta. Vlteriora vero rex Aethiopiæ ſive Abyſſinorum (*Presbyter Ioannes* vulgo) ſub dominio habet. Sic igitur Turcarum in Africa Imperium ab ortu quidem partim mari Rubro, quod antiquis etiam ſinus Arabicus, partim eo interſtitio quod eſt à Suës Foramidam uſque, includitur: ab occaſu regno Tunetano; à ſeptem-
trionibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

onibus, mari mediterraneo & ſinu
gyptiaco: à meridie vero deſertis
biæ, & parte aliqua Aethiopici re-
i diſterminatur. Vniverſa autem
a maritima quæ Turcarum in Afri-
ſubeſt Imperio, continet milliaria
citer 1750. Aegypti quidem ſuperfi-
s milliarium eſt circiter 356160: ſed
um multa ſint cultoribus vacua,
nnulli etiam populi Turcarum Im-
rium non agnoſcant, non errabit
i ſemiſſem à ſuprapoſito numero
mſerit: atque ita reſtabunt 178080
lliaria quadrata. Certum vero eſt,
biliſſimas tam Africæ quam Euro-
regiones Turcarum ſubeſſe impe-
. Hodie quidem præſtantiſſima to-
Europæ regio Italia habetur: at
n antequam Romani florere cœ-
ent, nihil nobilius aut celebratius
Græcia, quam univerſam hodie
cæ tenent: Inter Africæ vero re-
nes, quantum ad omnia quibus re-
aliqua nobilitari & commendari
eſt, Aegypto ſemper ab omnibus
na fuit tributa, & etiamnum tri-
ur.

d *Aſiam* quod attinet, Turcas
dem eam pæne omnem ſuo com-
los eſſe Imperio, inprimis vero eas
ones quæ olim armis & litteris

præ cæteris floruerunt, extra contro-verſiam eſt. Ac primum Turcarum imperio ſubeſt omne illud quod à Ptolomæo in prima Aſiæ tabula collocatur, Pontus ſcilicet & Bithynia, quam Turciam dicunt: nec non Aſia proprie dicta, quæ Turcis hodie Natolia: item Phrygia, quæ Paria hodie & Bebrycia: tum Lycia, vulgo Briquia: præterea Galatia, Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia, (quæ nunc Amaſia) Armenia minor, & Cilicia, quæ hodie Caramania: quæ regiones omnes hodie ſub Natoliæ nomine comprehenduntur; olim vero *Aſia* proprie dicta fuerunt. Hujus vero peninſulæ (quæ olim Aſia minor, hodie Natolia) ab Alexandria Trapezuntem uſq; circuitus continet milliaria circiter bis mille & quadringenta. Poſſident inſuper Turcæ magnam partem earum regionum quæ à Ptolomæo in tertia Aſiæ tabula, ſub Armeniæ majoris nomine ponuntur, quæ hodie Turcomania vocatur. Reliqua Tartari habent. Tenent iidem Turcæ omne id quod quartæ Aſiæ tabula apud Ptolomæum continetur, Cyprum ſcilicet inſulam, Syriam, Palæſtinam, ſive Iudæam, oram Syriæ maritimam, à Foramida ſeu Firamida Alexandriam uſque, quæ
eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

eſt milliarium fere quadringentorum & triginta: Arabiam Petræam, hodie Baraab dictam: Meſopotamiam, Diarberh hodie: Arabiam deſertam: & Babyloniam, ſive Chaldæam. Eorumdem Imperium agnoſcunt pleræque omnes regiones quæ quintæ Aſiæ tabulæ apud Ptolemęum inſertæ ſunt; Aſſyria nempe, ad Arabiam uſque Felicem. A Trapezunte dein ſeptemtriones verſus idē Imperium ad Cimmerium uſque Boſporum porrigitur, qui Cherſonneſo, hodie Gazariæ dictæ, confinis eſt; quo quidem tractu ſeptemtrionali, (Caietachi dicto,) Matrigam uſque (quæ fortaſſis Ptolemæi Hermanaſſa eſt ſecundum litus numerantur milliaria quadringenta & quinquaginta. A Suës deinde (quod fortaſſe Ptolemæo Cliſma præſidium nuncupatur) circumeundo Arabiam Felicem, uſque ad oſtium Tigris fluvii (qui hodie Tigil) milliaria circiter ſunt ter mille ſeptingenta & quinquaginta. Sic ergo in unam ſummam computatis quæ Turcæ in Aſia ſecundum litus ambulando poſſident, efficientur milliaria circiter ſepties mille & triginta. Superficies vero omnium regionum quas illi ſub Imperio in Aſia habent, complectitur milliaria 7.0640

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quadrata. Quia vero earum pars aut deſerta jacet, aut aliis regulis & dominis ſubeſt, nos è jam poſita ſumma quartam partem detrahemus, quæ eſt milliarium 177660. ſicque reliqua fient 532980 milliaria.

Porro Turcarum in Aſia Imperium ab ortu quidem ſinu Perſico (qui hodie Elcalif) Tigri flumine, & littore maris Caſpii (quod nunc mare de Baccu) ab una parte terminatur: Ab occaſu fines habet ſinum Arabicum, ſeu mare rubrum, mare Aegæum ſive Archipelagus, Propontidem ſive fretum Conſtantinopolitanum, & pontum Euxinum, qui hodie mare majus. A ſeptemtrionibus itidem ponti Euxini aliqua parte, & palude Mæotide, quæ mare Zabuch hodie, ac tandem parte aliqua Sarmatiæ Aſiaticæ ſive Tartariæ includitur: ad meridiem vero oceanum auſtralem ſive Indicum, mare mediterraneum, & mare majus attingit.

Iam unam in ſummam computatis omnibus quæ in tribus hiſce terræ partibus Turcæ ſecundum oras maritimas ſub Imperio habent, invenièmus milliaria undecies mille, ducenta & octoginta: ſuperficies vero univerſi hujus Imperii milliaria comple-

ctitur decies centena & viginti tria millia, ducenta & undeviginti.

VI.

EXCERPTA EX BVSBEquii V. C. Epiſtolis.

Ritus ſepeliendi apud Servianos, itemque nubendi.

VIDIMVS ejus gentis ritus funebres, multum à noſtris abhorrentes. Erat cadaver in templo poſitum detecta facie: juxta erant appoſita edulia, panis & caro & vini cantharus: adſtabant conjunx & filia melioribus ornata veſtibus. filiæ galerus erat ex plumis pavonis. ſupremum munus, quo maritum jam conclamatum uxor donavit, pileolum fuit purpureum, cujuſmodi virgines nubiles illic geſtare ſolent. inde leſſum audivimus & næniam, lamentabileſque voces; quibus mortuum percunctabantur quid de eo tantum meruiſſent, quæ res, quod obſequium, quod ſolatium ei defuiſſet; cur ſe ſolas & miſeras relinqueret: & hujus generis alia. Sacerdotes funeri præerant religionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Græcæ. Erant in cœmeterio erectæ in palos (aut longurios) pleræque cervorum & hinnulorum & ſimilium ferarum de ligno dedolatæ effigies. cumque cauſſam quæreremus, ajebant, maritos vel patres eo monumento voluiſſe teſtari conjugum aut filiarum in obeundis domeſticis officiis celeritatem & diligentiam. Erant item ad plura ſepulchra appenſæ comæ; quas mulieres aut puellæ in funere neceſſariorum luctus indicium poſuerant. Morem quoque eſſe in ea regione audiebamus, ut, poſtquam inter majores de nuptiis juvenis & puellæ convenerat; ſponſi puellas raperent. neque enim decorum videri, conſentire in primos concubitus virginem.

Diverſoria & xenodochia Turcica.

DIverti in diverſorium publicum. Caravanſarai Turcæ vocant. hoc genus in ea regione uſitatiſſimum: vaſtum eſt ædificium, longius aliquanto quam latius: in cujus medio patet area ponendis ſarcinis & camelis, mulis carriſque collocandis. hanc aream plerumque circumcirca murus ambit, tres plus minus pedes altus, parieti, quo totum ædificium clauditur, hærens

rens

rens & inædificatus. ejus muri ſumma ſuperficies æqua eſt; paterque in latitudinem pedes circiter quatuor. hic Turcarum cubilia ſunt; hic cœnacula; hic rem expediunt culinariam, (nam in pariete, quo totum ædificium contineri dixi, foci ſubinde ſunt inædificati) nulla re à camelis, equis, reliquiſque jumentis alia ſejuncti, quam ejus muri ſpatio. quinimo ad muri pedem ita ligatos habent equos, ut capite & tota cervice ſupra eum emineant; dominiſque ſe calefacientibus aut etiam cœnantibus adſtent, velut miniſtri, interdum panem vel malum, ſive quid aliud, de manu eorum capiant. in eodem muro lectos ſibi ſternunt: tapetem in primis explicant, quem ea de cauſſa aptatum ephippiis fere circumferunt. huic injiciunt pænulam: cervical præbet equeſtris ſella: veſte talari pellibus ſuffulta, qua veſtiuntur diu, teguntur noctu. ſic illi ſomnum capiunt nullis laceſſitum blandimentis. nihil ibi ſecreti. omnia ſiunt in propatulo: neque quicquam ab omnium conſpectu, niſi noctis tenebris, ſubmovetur.

Turcica xenodochia ſane commodiſſima ſunt, non ineleganter conſtructa, ſuiſque diſtincta cubiculis. neque

enim ab iis arcetur quiſquam ſive Chriſtianus, ſive Iudæus, ſeu dives ſeu mendicus ſit. ex æquo patent omnibus. Baſſæ quoque & Singiacci cum peregrinantur, illis utuntur. in his tamquam in aliquo regio palatio, magnifice mihi videbar accipi. Mos ita fert illorum; ut ſingulis qui eo devertunt, cibum præbeant. ergo ubi venerat cœnæ tempus, aderat miniſter cum ingenti ligneo diſco, qui menſæ inſtar videri poterat. in cujus medio patina erat plena decocti ad cremorem ordei, addito carnis fruſto; circumque eam patinam aliquot panes & nonnumquam favi aliquid. Primo verecundabar accipere, & mihi cœnam meam parari dicebam; admonens ut ea darentur egenis. inſtabat ille, ne tenuem apparatum faſtidirem: hæc Baſſis quoque ſolita præberi; ita ferre loci conſuetudinem; ſupereſſe quod diſtribueretur egentibus. ſi ipſe nollem, famulis relinquerem. Ita, niſi parum commodus haberi vellem, neceſſe erat accipere. Agebam ergo gratias; & guſtabam aliquando. neque diſplicebat. nam id genus pultis, præterquam quod, veluti valde ſalubre, commendatur à Galeno; guſtu inſuave non eſt. Fas eſt peregrinantibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Illis epulis eoque apparatu toto triduo frui: poſt illa mutare hoſpitium neceſſe eſt. In hæc, ut dixi, commodiſſime devertebam. ſed ea non occurrunt paſſim. [Turcæ hæc xenodochia *Imaret* vocant.]

Quomodo Imperator Turcicus ad bellum gerendum procedat.

PRoficiſcens ad bellum Turcarum Princeps multa camelorum millia ſecum ducit, ſupra quadraginta, nec multo pauciores ſarcinarios mulos, quorum magnam partem, ubi in Perſiam itur, onerant omne genus frugibus, ſed præcipue oryza. Iidem tam muli, quam cameli, tentoriis atque armis reliquoque bellico inſtrumento & apparatu portando deſerviunt. Quæ regiones nomine Perſiæ ei regnantur, quem Turcæ *Chiſilbas*, nos *Sophi* vocamus, non ea fertilitate ſunt qua noſtræ. Tum mos eſt ei genti, ubi hoſtis ingruit, omnia flamma & ferro corrumpere, & ita hoſtem fame ſummovere. Qui niſi annonæ vim ſecum ferat, magno conflictatur periculo. Nec tamen temere, ubi ad hoſtem ventum eſt, comportato commeatui manus admovent. in reditum potiſſimum reſervatur, ubi referre

pedem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

pedem tempus admonet, & per ea lo
ca remeandum eſt quæ vel vaſtav
hoſtis, vel tanta hominum jumento
rumque multitudo in modum locu
ſtarum penitus (ſic dicam) abraſit: tun
Principis commeatus recluditur, ex
penditurque quotidie aliquid Gian
zaris, aliiſque mancipiis regiis, quo
ſatis ſit ad vitam fugientem retinen
dam. Reliquis male conſultum eſ
niſi de ſuo proviſum habeant quo u
tantur. Nam plerique talium difficu
tatum frequenti bellorum uſu exper
ti, equites præſertim, equum loro du
cunt, in quo multa vehunt quæ vit
uſus exigit. Breve velum, quo tento
riolo utantur, ſub quo ſole vel imbr
infeſto latitare poſſint. veſtium iten
aliquid & ſtragulorum; huc addun
peculiarem penum ſcorteum, ſaccu
lum unum atque alterum, puriſſim
farinæ plenum. præterea exiguam o
lam butyri, aliquid aromatum & ſa
lis: quibus, ubi ad extremum fam
ventum eſt, vitam tolerent. deprom
pta farinæ pauca cochlearia in aquan
injiciunt: addunt butyri nonnihil: de
inde ſale & aromatibus condiunt
quæ admota foco ubi ferbuerunt, in
tumeſcunt, ſic ut capacem implean
patinam. eo veſcuntur die ſemel au
bis

s, pro copia, ſine pane, niſi ſi quem
ne induratum ſive buccellatum ſe-
um attulerunt. eo modo annonæ
nguſtias per unum menſem & ſi ſit
pus amplius eluctantur. Sunt qui ſol-
culum ſiccatæ & in pollinem reda-
æ carnis bubulæ complent, qua, ut
rmioris nutrimenti, magno cum
uctu (ut dixi de farina) utuntur. Ne-
ue vero interim equorum carnibus
bſtinent, quorum fieri non poteſt
uin in tanto exercitu magnus nume-
us intereat. ſed ut quiſque paulo ad-
uc habitior periit, enectis fame ho-
ninibus lautum præbet obſonium. At
omini amiſſorum equorum, ut hoc
uoque dicam, movente caſtra Prin-
ipe, viæ qua iturus eſt, longo ordine
dſiſtunt, receptis in caput ephippiis
ve ſellis; ita jacturam equi ſignifican-
es, emendoque novo auxilium im-
lorantes. quibus munere quo videtur
ubvenit Princeps. Sic Turcæ cum ex-
remis difficultatibus patientia, ſobrie-
ate victus, & parſimonia pugnant, &
e rebus melioribus ſervant, longe ali-
er quam milites noſtri, qui quotidia-
os cibos in caſtris faſtidiunt, molli-
ulas eſcas, turdos, ficedulas, & con-
iviorum apparatus requirunt. Quæ
i non ſuppetant, tumultuantur, ac
per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

pereunt: & ſi etiam ſuppetant, p
eunt tamen. Nam ſibi quiſque cert
ſimus hoſtis eſt, neque capitaliore
habet inimicum quam ſuam inter
perantiam; quæ, ſi cunctetur hoſt
eum jugulat. Quæ cogitantem horr
corripit, quid poſtremo futurum ſ
cum hanc noſtram rationem cum e
rum comparo, ſuperare alteros, alt
ros interire neceſſe eſt; ambo certe i
columes eſſe non poſſumus. Ab il
parte ſtant immenſæ Imperii opes, v
res integræ, armorum uſus & exerc
tatio, miles veteranus, victoriaru
aſſiduitas, laborum patientia, conco
dia, ordo, diſciplina, frugalitas, vig
lantia. ab hac noſtra, publica egeſta
privatus luxus, deminutæ vires, infra
cti animi, laboris & armorum inſc
lentia, contumaces milites, duces a
vari, diſciplinæ contemptus, licenti
temeritas, ebrietas, crapula; quoc
que eſt peſſimum, illis vincere, nob
vinci ſolitum. Et dubitamus etian
quid eventurum ſit? unus modo Pe
ſa intercedit: quem ad nos feſtinan
hoſtis, reſpicere cogitur; ſed is moran
adfert, non ſalutem. hoc compoſit
cum totius orientis viribus in noſtra
cervices ingruet, quam paratos no
audeo dicere. Redeo nunc unde de

verti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

verti. dixi, jumentis portari in bellum
arma & tentoria: ea ſunt ferme Gia-
nizarorum. Magnæ Turcis curæ eſt,
ut bene valentem tutumque ab inju-
ia tempeſtatis militem habeant; à vi
hoſtili ipſe ſe defendat, valetudo ſtat
præſidio publico. Hinc melius videas
veſtitum Turcam, quam armatum.
Frigus inprimis timetur, quod etiam
æſtatis tempore tribus arcent veſti-
mentis, quorũ intimum (ſive ea ſubu-
ula eſt, ſeu quocunque nomine vo-
anda eſt) craſſo filo contextum, plu-
imum adfert caloris. Ejuſdem frigo-
is depellendi cauſſâ & adverſus im-
rem tentoria eis circumferuntur, in
uibus tantum cuique tribuitur loci,
uantum corpore occupat: ita unum
entorium 25 aut 30 capit Gianizaros.
arum quoque veſtium de quibus at-
igi, pannus publice ſuppeditatur. Ne
ero qua querela ſit, & gratiæ quid
atum videatur, ita eum diſtribuunt.
Manipulatim milites primis noctis te-
ebris ad locum ei rei deſtinatum e-
ocant, (ſive id diribitorium eſt, ſive
uod aliud ei nomen eſt) tot jam pa-
atis ſepoſitiſque portionibus, quot
unt ejus manipuli milites: ingreſſi ſu-
unt quiſque quod ſors in tenebris
ffert; cui ſoli imputatur ſi quod fuerit
panni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

panni melioris deteriorisve diſcrimen
Eadem de cauſſa ſtipendium eis non
numeratur, ſed appenditur, ne qui
leviores acciſosve nummos ſibi dato
criminetur. nec ſtipendii dies expecta
tur, ſed pridie repræſentatur. Arma
vero potiſſimum comportantur in
uſum equitis prætoriani. nam Giani
zari fere pugnant expediti eminus &
ſclopeto. Ergo ubi hoſtis in propin
quo eſt, & ſperatur prœlium, promi
tur armatura, ſed fere generis antiqui
variis collecta præliorum caſibus, exu
viæ & ſpolia veterum victoriarum. ea
diſtribuitur in equites prætorianos
alioqui levi tantum clypeo tectos. Iam
vero cogitare potes, quemadmodum
ea armatura unicuique quadret, ſic te
mere partita. huic thorax anguſtior
illi laxior galea; iſti ponderoſior lori
ca, quam ut ferre poſſit, obtigit. aliud
alibi vitium. ferunt tamen æquo ani
mo; armaturam accuſare ignavum pu
tant, & ſub quibuſcunque armis egre
gie pugnaturos ſibi pollicentur. tanta
eſt frequentibus victoriis & multo
belli uſu confidentia. hinc eſt etiam
quod peditem veteranum, qui nun
quam pugnavit ex equo, tamen ad e
quum reſcribere non dubitant. Nam
ita habent perſuaſum, in quo ſit mili

tiæ uſus, & conſtantia, eum quocunque pugnæ genere fortem operam navaturum. Neque mihi aliter videntur ſenſiſſe Romani, & in his vel maxime Iulius Cæſar, quem dicere ſolitum ſcribunt, *milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe*. Nam quid ſpectaſſe eum judicemus, cum legionem decimam, venturus cum Arioviſto in colloquium, equis impoſuit, ut ex equis opinor pugnaret, ſi foret opus, genere pugnæ cui minimum aſſueverat. Nam ſcimus longe aliam peditis apud Romanos, aliam equitis fuiſſe diſciplinam. Quod ſi defendas, Cæſaris fuiſſe conſilium, ut in equis quidem deportaret legionem, ſed pedeſtri ejus opera uteretur; plenum periculoſæ aleæ videtur futurum fuiſſe negotium, ſi, cum Arioviſti exercitatiſſimi equites tam eſſent in propinquo, ut Romanos lapidibus inceſſere poſſent, magno derepente impetu in eos incurriſſent, dum legioni temporis momento ad pedes deſiliendum, equi amoliendi, ordo aciei inſtituendus fuiſſet. Ac neſcio an noſtris moribus videri poſſit quicquam abſurdius. Sed utrumcunque ſit, armorum uſu freti, inſtitutis quanquam à noſtris moribus alienis, & Romani olim bella

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

conficiebant, & hodie Turcæ proſpe-
ro ſucceſſu pugnant. Atque hæc qui-
dem hactenus.

De Colchorum regione.

COlchorum regio omnis generi
frugum uberrima, tantum non
ſponte provenientium, præterquam
frumenti & hordei. quamquam ne
ea defutura putant, niſi parceretur o-
peræ. juvat indulgere deſidiæ. negli-
genti cultura panicum ſeritur, quod
copioſiſſimum provenit, tantoque fœ-
nore redditur, ut ſemel ſatum in bien-
nium ſuppetat. eo aſſueti ſaturantur,
neque meliorem frugem deſiderant.
Vinum conſitis ad pedem altiſſima-
rum arborum vitibus multum & non
contemnendum legunt: atque hujuſ-
modi vites per arboris maritæ ramos
ſparſæ in multas ætates ſufficiunt.
Cera & melle feris apibus per ſylvas
opus facientibus abundant. unus illis
inveſtigandi labor. eædem ſylvæ ve-
nationis magnam copiam ſuggerunt:
plena omnia phaſianis & perdicibus.
Terræ fertilitatis vel pepones argu-
mento ſunt, qui præterquam quod
ſuaviſſimi ſunt ſaporis, in longitudi-
nem trium pedum ſæpe excreſcunt.
Argenti ſignati minimum eſt. argen-
teum

teum nummum norũt pauci: aureũm pauciores; habent fere nulli. quare neſcio an fortunatos illos nefas ſit dicere, qui tanta careant peccandi illecebra: tametſi (ni fallor) noſtratum pauci hanc eis felicitatem invideant, apud quos nemo diteſcat. eatenus tamen argento honos eſt, ut ſi quod è peregrinorum commercio redactum eſt, ut fieri neceſſe eſt, id omne ad uſum templorum transferatur, crucibus aut calicibus aut aliis templorum ornamentis conflandis: quæ Rex, ubi viſum, per ſpeciem publicæ neceſſitatis omnia convaſat, ad ſeque avertit. Vnum inter ſe norunt commercii genus, permutationem. ergo quo quiſque abundat, in forum portat; ut permutet cum eo quo indiget. ita pecunia non deſideratur: mutua merces pro pecunia eſt: quin & regi ſuum vectigal terræ fructibus penditur. large illi ſumminiſtrantur quæ uſus vitæ cultuſque requirunt, quod edat, quod bibat, quod veſtiat, quo famulitium & bene promerentes remuneret. Penu ei inexhauſtum, cum ex decimis, aliiſque juribus regiis, tum ex muneribus quæ aſſidue congeruntur. in quibus prodigendis nihilo ſegnior eſt, quam in accipiendis. Ejus regia tanquam

horreum publicum eſt, omni copia rerum refertum: inde victus omnibus ſuppeditat. qui indigent, quos circumvenit inopia, quos malignior proventus & ſpes anni fefellit, regiis cibariis aluntur. Mos eſt, ut qui mercatores illuc navem appulerunt, munere aliquo regem impertiant. id qualecunque rex non ſpernit: ipſos in terram egreſſos convivio adhibet. Eſt vaſtum quoddam ædificium, quod ab utroque capite regiis ſtabulis cluditur, in quo regi menſa ſternitur. ea eſt longiſſima. ipſe accumbit in ſummo: mediocri ſpatio interpoſito accubant reliqui. menſa oneratur variis eduliis, ſed potiſſimum venatione. nec parce miniſtrantur vina. quæ ut quiſque largiſſime hauſerit, eo hoſpes gratior habetur. in eodem cœnaculo cibum etiam ſumit regina, cum muliebri comitatu, ſeorſum tamen. nec magna ibi gravitatis aut decori ratio. eadem fere poculorũ licentia, ineptæ geſticulationes, cachinni, nutus, nictus; ut, ſi ſint Iaſones, non defuturæ Medeæ videantur. A prandio rex cum ſuis hoſpitibus it venatum. ibi paſſim in ſylvis, in umbraculis ampliſſimarum arborum, huc illuc projectam plebem videre eſt, inter vinum & choreas &

cantus

cantus dies feſtos agentem. in longam perticam ſive aſſerem fides intendunt, eaſq; bacillo ad numerum percutiunt, ad quem ſtrepitum cantant ſuas amicas, & laudes fortium virorum; inter quos (ſi vera ſunt, quæ memorantur) frequens Rulandi nomen. unde eo tranſlatum, non conjicio; niſi trans mare migravit una cum Gothofrido Bollionio. de quo Rulando multa narrant prodigioſa, magis etiam ridicula, quam noſtri talium fabularum architecti. In tanto ocio tantaque victus affluentia non conſtant mores. rara ibi pudicitia. Maritus uxori vel ſorori adventorem commendat, ut eum oblectet, ne tædium temporis; de reliquo parum ſolicitus. quin placere ſuas uxores glorioſum ducunt. nec puellarum adſtrictior cuſtodia eſt aut melior diſciplina. paucas invenire eſt adultas, quæ ſint virgines. oſtenduntur pleræque matres anno ætatis decimo. quod cum mirere, neque propter corporis parvitatem credas, juſtæ infantem proferunt, grandi rana haud multo majorem; cum alioqui gens procera ſit & forma membrorum egregia. adeo vero omnis leporis & urbanitatis expers eſt, ut inter cætera ſonitu quodam gutturis ructus haud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

abſimili, ſe tibi blandiri & honorem habere arbitretur. una in re vim ingenii oſtendunt, in faciendo furto: furandi ſolertia in magna laude ducitur. qui dextro Mercurio furatur, magnus cenſetur: qui neſcit, ut ſtipes & truncus deſpicitur: imo vix communi luce dignus judicatur. adeo quidem ut hujuſmodi vel frater vel etiam filius, ut degener & ſpei deploratæ, mercatoribus advenis donetur, aut parva merce permutetur, quocumque terrarum aſportandus. Narrabat mihi mercator Italus, qui in ea regione fuerat, ſacerdotem in templo cultrum ſibi ſentienti ſed diſſimulanti ſurripuiſſe; cui, ne ſe putaret fefelliſſe, vaginam dono dederit, ut haberet videlicet quo cultrum reconderet. Templum ingreſſi, Deiparæ virginis, Petri, Pauli, aut aliorum divorum imaginum præſentia mediocriter afficiuntur; vnam requirunt divi Georgii in equo ſedentis effigiem. ante hanc venerabundi ſe proſternunt: deinde omni ex parte deoſculantur, ne equi quidem ſoleis prætermiſſis. hunc demum virum fortem fuiſſe prædicant, bellatorem inſignem, qui ſæpe ſingulari certamine, paribus armis, cum malo dæmone congreſſus victoriam reportarit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

tarit, aut certe non inferior diſceſſerit.

VII.

DE VARIIS MONETIS.

Quid Manguri, Aſpri, Siderocapſia, Hyperpyra, Hyperpyrarii, Dramæ, Scachi, Sultanini, Seraphini, Byzantii, Chryſini, Altumler. Aegyptiæ Syriacæque monetæ ratio.

Excerpta è Leonclavii Pandecte.

NECESSARIO nobis heic agendum de variis tam Græcorum, quam Turcorum Aegyptiorumque monetæ generibus: ut uno loco poſita, velut in conſpectu lectori ſint. Ac primo quidem, ut pretium ſingulorum, quæ Turcis in uſu ſunt, indicemus: animadvertendum, ante annos XL vel L, quo tẽpore ſcripſit Turcica ſua Theodorus Spanduginus, octo manguros æreos unum aſprum argenteũ valuiſſe. Rurſum quatuor aſpros effeciſſe dramam. Dramas vero novem, pretium fuiſſe taleri unius Germanici, qui XXXVI aſpros valebat; quum Sultanius aureus, tam pondere, quam auri bonitate par Zecchino ſive Ducato Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

neto, XLV aſpris æſtimaretur, hoc eſt, uno talero Germanico cum ſemiſſe. Deinde pretium taleri diu ſtabile fuit, aſpri quadraginta; Sultanini vero, ſeu ducati, ſexaginta. Nos autem Conſtantinopoli quum eſſemus, ſic erant horum omnium aucta pretia, propter gravamina (quemadmodum ajebant) belli Perſici, & alias cauſas explicatu non neceſſarias; ut manguri XXIV uno commutarentur aſpro: aſpri quinque dramam efficerent: dramæ duodecim, talerum Germanicum unus cum ſemiſſe talerus, Zecchinum Venetum, hoc eſt, aſpros XC: quum paullo minus eſſet Sultanini pretium. Hoc modo drama, quinque conſtans aſpris, valebat ſex noſtros cruciatos ſeu quarantanos Venetos: decem dramæ, vel aſpri L, florenum Germanicum: aſpri LX, ſeu duodecim dramæ, talerum noſtratem. Quæ ipſa quoque pretia deinceps adeo ſunt aucta, talerum ut unum aſpris æſtimatum LXXX intelligam. Expoſito pretio ſingulorum, addamus nunc de monetis ipſis quædam, futura lectoribus, ut ſpero, non injucunda cognitu. Primum igitur ærei manguri ſucceſſerunt in numulorum locum, quos aſſes priſci dixerunt. Ex argẽto ſignati ſunt his proximi, qui

Græ-

Græcis aſpri, Turcis Acſe nominantur. Reineccius noſter, in Adpendice ad Belvacenſem, perperam ſcribit Aſperos. Ibidem facta mentione de ccccc iperperis, addit: hoc monetæ Tataricæ genus eſſe. Ego vero utrumque dico pro Græcæ monetæ genere habendum. Et aſpri quidem Græcis, Turcis Acſe, ſic ab albedine dicti ſunt; ut Italis bianchi, Gallis les blancs, certa nimirum & ipſa monetæ genera. Sicut enim Mauros Grçcis eſt niger, unde Moros Itali noſtrique vocant Aethiopes: ita color albus eiſdem Aſpros dicitur. Nec recens adeo vocabulum hoc eſſe, patet ex gloſſario perveteri, quod Aſpraturam interpretatur Græca voce Κόλλυβον, hoc eſt, monetam minorem: cujus generis aſpri ſeu bianchi vel in primis ſunt, cum quibus collybiſtæ ſive nummularii monetam majorem, tam argenteam, quam auream, commutare ſolent. Aſpros autem voco, Latinam vocem Numulos reſpiciens, quæ ſubintelligitur. Nam Græci quidem Aſpra dicunt. Et ſunt duplicia, majora minoraque. Minora vulgo in uſu ſunt, majora vocantur peculiari voce Siderocapſia. Quippe Siderocapſa nomen eſt opidi, quod è regione Thaſſi ſitum

eſt, prope montem ſanctum de qu
paullo ante dictum. Eo loco tam auri
quam argenti fodinæ ſunt, (unde
Chryſiten Livii putat eſſe Bellonius
& aſpra ſignantur, ceteris majora, qu
bus ab opido Siderocapſiorum manſi
hactenus adpellatio. Recipit hæc tan
tum Sultanus Turcorum, & ſuis the
ſauris infert. Eadem erogat in mil
tum miniſtrorumque ſuorum ſtipen
dia. Minora plane non admittit, quic
quid tamdem ei ſolvendum ſit. De
iperperis obſervanda primum vitio
ſcriptura. Non enim iperpera ſcrib
debent, ſed hyperpyra. Pulologus no
ſter hyperpyri vocem habet. Manu
Muſicius Athenienſis interrogatus
me, quanti putaret æſtimandum hy
perpyron: reſpondebat, propemodum
par hujus pretium eſſe Marcelli argen
tei Veneti pretio. Quidá Italico num
mo Iulio putant æquandum. Equidem
accurate pretium ſupputans, hype
pyron invenio valere novem cruci
tos ſeu quarantanos. Incolæ Cyprii r
gni prius, quam barbarorum ſubiren
jugum, in quinque diverſa hominum
genera diſtribuebantur. Horum ali
omiſſis, quod huic inſtituto noſtr
quadrat, exponam. Infimi generis ac
pellabantur Pariki, conditionis hom

n

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nes ſervilis, uſque adeo dominis obli-
gati propemodum ut vitæ neciſque
poteſtatem in eos haberent. Nomen
ipſum Pariki, Græcæ originis eſt. Nam
πάροικοι dicuntur Græcis coloni, ſicut
& Iuſtiniano Auguſto παροικικὸν νό-
μιμον, jus colonarium eſt. Secundum
hos proximi vocabantur vulgo Leſte-
ri, qui quidem & ipſi Paricorum ſeu
colonorum erant è numero, ſed qui
vel interveniente pecunia, vel gratia
dominorum, vel alia quadam via li-
bertatem impetraverant, diverſa ta-
men ratione. Quippe nonnulli abſo-
lute liberi efficiebantur, quum alii per-
ſonali dumtaxat libertate potiti, nihi-
lominus rerum ſuarum nomine do-
minis eſſent obligati: puta, quotan-
nis ut ſolverent principibus aut nobi-
libus viris, 15 vel 16, plus aut minus,
perpyra: (ſic enim corrupte vocabant)
cujus in perpyris numerandæ pecunię
cauſa, Perpiriarii dicebantur. Adgno-
ſcit, opinor, voces lector depravatas,
quum & hyperpyra dici debeant, &
Eleutheri, qui liberi ſunt, & Hyperpy-
rarii, qui ſingulos in annos hyperpy-
ra ſolvunt. Si quis denique pretium
hyperpyrorum cognoſcere cupit, ex-
pendat hæc Belvacenſis verba, de libri
xxx ca-

XXX capite CXLIII: Terra Solda-
ni valebat ei cottidie quadringenti-
mille iperpera, id eſt, quinquagi-
ſepties mille marcas argenti. Se-
prius ſcripturæ tollendum vitium
pro 57000 marcis argenti, 5700 ma-
cas ut reponamus. Et nihilominu-
hæc ipſa ſumma proventus cottidi-
ni tanta videtur eſſe, pæne fidem u-
mereri nequeat. Sed enim pergendu-
ad alia. Quam diximus dramam
pro certi ponderis apud Turcos no-
mine lector accipiat, quod quide-
ex drachmæ vocabulo Græco mut-
latum eſt. Ipſius ponderis rationem
in aſpris jam expoſuimus. An ve-
ro Turcicum antiquo ponderi Græc-
reſpondeat, diſputare nunc religio e-
ne lectori nimium velut extra met-
vagando moleſti ſimus. Scachi pe-
quam frequentes in Turcia ſunt ho-
tempore, moneta Perſici Scachi ſi-
regis, unde nomen habent, Turco-
hoſtis acerrimi. Singuli valent aſpr-
Turcicos octo. Sultanini ex aur-
ſunt, quondam adpellati Soldani. S-
enim apud Belvacenſem loco jam i-
dicato legimus, argentariæ fructu-
in Lebena (non procul à Sebaſtia) fu-
ſe tres rotas argenti depurati, hoc eſt
tria millia Soldanorum. Ejuſdem cu-

So-

oldanis erant tum ponderis, tum retii, qui Græcorum imperatorum emporibus Byzantii nominabantur, c Byzantini: characteris dumtaxat atione diverſi. Conſimiliter & Sera-hini, quos primus ex Soldanis Aegyp-iis ſignavit Melechſeraph, à quo no-nẽ etiam hoc conſequuti ſunt. Chry-ini, Græcis à chryſo dicuntur, ut ab uro nobis aurei: quod imitati Tur-i, ſuos ſive ducatos, quod nomen à 'enetorum Ducibus profectum arbi-ror, ſive Sultaninos, ab Altum voca-erunt Altumler. Chryſinorum qui-lem in aliquot Græcis & Aſiaticis mo-numentis antiquis nomen obſervavi-mus, quæ alio lectores habituri loco unt.

Quod Aegyptias, Arabicas, Syria-aſque monetas attinet, harum quo-ue nunc mutata ratio: ſicut ex hac onſignatione D. Hieronymi Beck à eopoldstorf videre eſt, qui pretia ſin-ularum notavit, ut erant anno M D-I, quum illas terras perluſtraret. Zi-ir, ærei numuli perexigui, ſigna po-ius ſunt, quam moneta. Duo valent num Direm, qui & ipſe nummus eſt ereus. Duo Direm valent Nuccarum num, qui nummus eſt æreus major, um litteris Arabicis. Nuccari quatuor

valent

valent numulum argenteum, quo
Arabes Oſmannum, Turci Achs,Gr
ci Aſpron vocant.Nuccari ſex faciu
nummum argenteum majuſculun
quem Maidinum vel Cattam nom
nant. Maidinus vel Catta, Oſma
num unum cum dimidio facit,& qu
tuor MarchettisVenetis æſtimatur,v
octoBezziis ſive nigris nummulisGe
manicis, quorum tres conficiunt ur
cruciatum. Scachi, majores argent
nummi,quorum ſinguli quatuor ma
dinos; decem vero,Turcicum aureu
valent. Altum, aureus Turcicus, v
lebat id temporis XL maidinos, v
aſpros LX. Coronati aurei pretium
rat, maidini XXXV.Horum vero qua
nunc ſint aucta pretia, deprehende
lector ex ſuperius indicatis poteſt.

Obiter denique huic explicatio
de monetis adjungitor,Sultanos Tu
corum tam in ipſis auſpiciis imperi
quemadmodum Spanduginus m
moriæ prodidit, quam victoriis pot
tos illuſtribus, aut natis heredibu
maſculis exſultantes, ſicut in annal
bus hiſce noſtris paſſim animadvert
re licet, aſpros novos ſignare ſolito
quod quidem ubi factum eſt, uſur
aſprorum veterum interdicto publ
cato prohibent. Quapropter ab om

nibu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nibus ad rei monetariæ præfectos deferuntur veteres, ac pro duodecim veteribus aſpri decem novi ſolvuntur. de quo ſane lucrum Sultanis haud exiguum provenit. Inquiſitores etiam conſtituuntur, qui an aliqui veteres aſpros retineant, obſervent. Hi variis utuntur fraudibus & multa nequiter committunt. Ejus autem lucri cauſa Muchemetes II, qui Conſtantinopolim cepit, ſingulis X annis aſpros ſignabat novos. Fortaſſe tamen hoc etiam feciſſe videri poſſit ad imitationem antiquitatis Romanæ, cujus in numiſmatis toties eſt reperire vota decennalia, vicennalia, tricennalia. Non enim dubium eſt, Muchemetem ſecundum, quem diximus, velut in ipſo ſucceſſorem Imperio: multa priſcis in Auguſtis, quos pro deceſſoribus ſuis habebat, ex ambitione quadam æmulari voluiſſe.

VIII. An-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

VIII.

NNI, MENSIVM, DIERV apud Turcas ratio & appellationes.

CONSTAT apud Turcos a nus XII menſibus, ſed lun ribus: & tradunt ipſi, poſt annos Turcicos firmame tum cœli curſum ſuum abſolvere. V de propemodum colligi plerique p tant, annis 31 Chriſtianis, reſpond re Mahumetanos 32, cum exiguo a ditamento. Præmittitor id etiar hunc annum Chriſti 1587, quum inc peret, fuiſſe computatum à Turcis p Mahumetano 994. Quippe licet h intelligere de verbis ultimis in dipl mate Sultani Muratis III, quo cont netur prorogatio pacis cum Rudo pho II Imp. Auguſto. Leguntur eni iſtic hæc in extremo verba: Die p mo proximi menſis Ianuarii, an. D mini Ieſu, ſupra quem ſit gratia auxilium divinum, 1584: qui erit a nus tranſmigrationis magni proph tæ noſtri, ſupra quem ſit gratia luſque divina, 991: die 27 ſacræ lu Silchidze. Quibus in verbis nota dum, annos Mahumetanos, Tur

uſit

ſitatos, non eoſdem eſſe cum annis
Hegiræ, quæ incipit à nativitate Ma-
humetis, videlicet ab anno Chriſtiano
592. Nam expreſſe dicitur à Turcis, an-
no Chriſtiano 1584 fuiſſe computa-
tos annos 991 à tranſmigratione ſive
morte Mahumetis: quibus ſi tres ab
illo tempore elapſos adjicias, erit an-
nus hic Chriſtianus 1587, à morte Ma-
humetis 994. Iam ſi de 994 detrahas
annos 687, quo tempore mortuus Er-
tucules traditur, reliqui erũt anni Ma-
humetani 307, qui tranſiere ſcilicet ab
Ertuculis morte, uſq; ad hunc annum
præſentem. Diximus autem paullo
ante, Turcicos annos 32 propemodũ
reſpondere Chriſtianis 31. Quamob-
rem de 307 Mahumetanis detrahendi
veniunt anni $9\frac{28}{31}$ ſive paullo mi-
nus quam decem: & erunt 307 Ma-
humetani, ſi 10 integros deduças, re-
dacti ad annos Chriſtianos 297. His
rurſus detractis de 1587, reperiemus
annum Chriſti 1290, quo ſcilicet mor-
tuus fuerit Ertucules, Oſmanis paret.
Tradunt autẽ annales hi noſtri, mor-
tuum Oſmanem ipſum anno Mahu-
metano 727, qui Chriſtianus erat 1328.
Ergo poſt obitum patris ſuperſtes fuit
paullo amplius quam 39 annis Mahu-

metanis, ſive 38 Chriſtianis. Et quia Turci volunt eum regnaſſe 29 annis noſtri 28, quod idem eſt: neceſſe eſt verum fateamur, quod hiſtorici diligentes & fide digni ſcripſerunt, Oſmanem perpetuis excurſionibus ac rapinis collocupletatum, magnam partem Bithyniæ, vicinæq; Ponto Euxino regionis, intra ſpatium 10 annorum, à morte patris ſcilicet numerandorum, in poteſtatem redegiſſe. A quo decennii tempore, principatu jam conſtituto ſtabilitoque, recte rerum potitus dicetur annis Chriſtianis 28. itidemque veriſſime ſtatuetur, initium regni Oſmanici referendum ad annum Chriſti 1300. quod ſane multas ob cauſas diligenter obſervandum.

Quod menſes attinet, jam antea monuimus, in uſu Turcis eſſe lunares. Hos nominare incipiunt ab ipſis novilunìis. Et numerantur ab eis 12, ſicut etiam nos totidem habemus. Anni principium referunt ad menſem Silchidzé, qui late loquendo, quod Græci dicere ſolent, Decembri fere noſtro reſpondere debebat ex opinione communi plurium: ſicuti plerumque Ramazan menſis ad Septembrem debebat ex eorumdem ſententia referri: quo menſe Ramazane jejunium ſuum menſtruum

ſervant

ſervant; à crepuſculo matutino ad ſo-
lis occaſum uſque, donec ſidera con-
ſpiciantur, nihil cibi potuſve ſumen-
tes: & finito jejunio, ſuum illud buiuc
bairam, ſive magnum feſtum inſtar
paſchatis noſtri, celebrant. Sed pro-
greſſu temporis tam Silchidzé quam
Ramazan in alios méſes noſtros tráſ-
eunt. quippe celebrandi Bairami tem-
pus ſingulis annis anticipare Turci ſo-
lent diebus undecim: qui dies embo-
liſmi fere loco ſunt ad complendum
annum lunarem. Nam ſi dies unde-
cim computentur tricies & ſemel, ef-
ficientur dies 341: qui paullo minus
quam integrum annum conſtituunt,
addendum triginta & uni Mahume-
tanis annis; ut Mahumetani triginta
duo anni, Chriſtianis triginta & uni
reſpondeant; quemadmodum à nobis
indicatum paulo ante hoc ipſo capite.

Nomina menſium hæc ſunt:

1. Silchidzé.
2. Mucharen.
3. Sepher.
4. Rebuil Euel.
5. Rebuil Achir.
6. Dſiumaſiel Euel.
7. Dſiumaſiel Achir.
8. Rezeb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

9. Schaban.
10. Ramazan.
11. Schevval.
12. Silcade.

Sicubi lector aliquot nomen ex hi paullo aliter ſcriptum in Annalibus re pererit, ſciat id factum à nobis, ſcripturam Ioannis Galderii, interpreti Cæſarei, ſequentibus.

Hos autem menſes in dierum hebdoma das, ſive ſeptimanas, dividunt: diebus hac tribuunt nomina.

1. Baſar juni, hoc eſt, dies merca tus hebdomadarii, qui reſpondet die dominico noſtro.

2. Baſar Ertheſi, hoc eſt, dies poſt mercatum hebdomadarium proxi mus, ſive poſtridie mercatus: qui die Germanice dici commode poſſet *Af termarcktag*. Reſpondet diei luna noſtro.

3. Salli. Reſpondet diei Martis no ſtro.

4. Dſar ſchamba, id eſt, quartu die: quem Perſica lingua ſic & ip vocant, uti nos feriam quartam dice re ſolemus, qui Mercurii dies eſt.

5. Peſchembe, hoc eſt, dies quintus lingua itidé Perſica: veluti nos ferian quintam vocamus, qui Iovis dies eſt.

6. Dſiu

6. Dſiuma, duabus ſyllabis, (alii Zuma ſcribunt, & Zuna) vel Dſiuma uni,quod ſignificat diem eccleſiæ ſive templi. Nam Veneris diem feriantur.

7. Dſiuma Erteſi, hoc eſt, ἐπίβδα, Græco vocabulo Pindarico, quaſi ſi dicas, poſt feſtum, vel *Afterfeirtag* Germanice. Vulgo Saturni dies.

IX.

NOTITIA BEGLERBEGAtuum totius Oſmanidarum Imperii,quos hodie poſſident.

Aſiæ Beglerbegatus.

1. ANATOLI beglerbeg. Ejus ſedes eſt in civitate Cutaige Phrygię majoris,quam olim Cotyaium Græci nominabant. Sangiacos habet ſub ſe duodecim.

2. Caraman beglerbeg. domicilium habet ad Caiſariam Ciliciæ, de qua ſuo dictum loco. Septem ſub hoc ſangiacatus ſunt.

3. Sivas beglerbeg. ad Sebaſtiam.

4. Tocatun beglerbeg. Reſidet ad urbem Amaſiam. Sub eo ſunt quinque ſangiacatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

5. Dulgadir beglerbeg. Quatuor ſub ſe ſangiacatus habet.

6. Halep beglerbeg. ad Halepum ſive Berrhœam Syriæ.

7. Scham beglerbeg. ad Damaſcum Syriæ.

8. Tarapolos vel Trapolos beglerbeg. ad Tripolim Syriæ.

9. Maras beglerbeg. ad Maraſſum, propter Euphratem ſitum, inter Halepum & Meſopotamiam.

10. Diarbekir beglerbeg. in Meſopotamia, ad urbem Amidam, quam Turci nunc Carahemid nominant. Sangiaci parent huic duodecim.

11. Bagdat beglerbeg. ad Bagdatim ſive novam Babylonem.

12. Balſara beglerbeg ad ſinum Perſicum, non procul à Bagdat ſive Babylone.

13. Laxa beglerbeg. Antiquitus Carmania. tendit ad limites Ormuz, & Perſis eſt finitima.

14. Gemen, Aden beglerbeg. in Arabia felici, ad litus rubri maris. Diverſa loca ſunt, uno tamen beglerbegatu comprehenſa.

15. Chebetz, Huſtio Zebet beglerbeg. Locus ſitus in litore ſinus Arabici, finitimus eſt imperio regis Aethiopum Præteiani.

16. Miſ-

16. Miſſir beglerbeg. Cairo præeſt, & toti Aegypto. Sangiaci ſub eo ſexdecim.

17. Cypri beglerbeg. Nicoſiæ vel Famaguſtæ degit.

18. Scheherezul beglerbeg. in Aſſyria, Perſis finitimus.

19. VVan beglerbeg. reſpicit Perſarum fines, verſus Siruanum ſive Mediam, & Armeniam majorem.

20. Arzerum vel Erzrum beglerbeg. in Armenia majori, ad limites Siruani ſive Mediæ, & Georgianorum. Diſtat à Taraboſane ſiveTrapezunte ſex dierum itinere.

21. Tiphlis beglerbeg. finitimus Georgianis ſive Curgginis, ut nunc adpellantur. Inſtitutus fuit à Muſtapha baſſa Serdare anno Chriſtiano 1578, menſe ſeptembri. Locus etiam priſcis notus; apud Cedrinum reperitur in Conſtantino Monomacho, verbis hujuſmodi: Aſan (is erat è Tangrolipicis fratre natus) à Sultano Tangrolipice miſſus contra Romanos, quum Taurezium, & opidum nominatum Tephlis, præteriiſſet: Vaaſpracaniam ingreſſus eſt, id eſt, Mediam.

22. Siruan beglerbeg. Hoc nomine Media nunc adpellatur, à metropoli Siruan, quam eodem anno Muſtaphas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

idem cepit, & primum iſtic beglerbegum conſtituit Oſmanem baſſam famoſum: ſed à Perſis non multo poſt ejectus fuit. Nihilo tamen minus hic beglerbegatus Oſmanidarum inſcriptus eſt libro, qui niſi reſtituatur, numquam ſe pacem facturos cum Perſis profitentur.

23. Temircapi beglerbeg. Locus eſt ad mare Caſpium, Porta ferrea dictus, & Capi derbent, Porta faucium vel anguſtiarum. Cepit hunc Oſman baſſa eodem anno 1578, & in formam beglerbegatus, necato Schemhali Chane, ſocero ſuo, redegit.

24. Cars beglerbeg. Cedrinus Carſe nominat, & in Perſamenia collocat, quæ nunc Armenia major eſt. Diſtat Cars ab Arzerum quatuor dierum itinere. Beglerbegatus cœpit anno Chriſtiano 1579, auctore Muſtapha baſſa.

25. Tſchildir aut Tzildir beglerbeg. ad fines Georgianorum, ab eodem Muſtapha baſſa inſtitutus, anno 1579. Porſius Tſchaldung perperam ſcripſit.

26. Faſſa beglerbeg. in Mengrelia. Munitio ſtructa per Vluzalim Capitan baſſam fuit anno 1579, & ibidem inſtitutus beglerbegatus. Sed paullo poſt diſceſſum ejus captam viciſſim Georgiani diruerunt. Civitatis Phaſianæ

nien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nentionem facit Leonis Auguſti no-
ella de thronis, & epiſcopum ejus
efert ſub metropolim Trapezuntis.
Iæc eadem cum hodierna ſcilicet
haſſa fuerit.

27. Sochum beglerbeg. in Georgia-
orum finibus, à Sinane baſſa Veri-
azeme inſtitutus, anno Chriſtiano
580.

28. Batin beglerbeg. ibidem à Si-
ane tunc inſtitutus.

29. Revan beglerbeg. Hunc locum
erhates baſſa cepit & munivit anno
hriſtiano 1582, ereptum Tocmaci
ultano, Perſicarum partium principi.
eglerbegus iſtic primus fuit Cigalo-
lis baſſa, Genuas.

30. Somakie beglerbeg. Somakia
halcocondyli Samachia nominatur.
eglerbegatus auctor fuit Oſman baſ-
a, anno Chriſtiano 1583.

Poſteriores autem beglerbegatus hi,
ello decennali Perſico, quod adhuc
eritur, inſtituti; quemadmodum no-
i ſunt, ita potius nomine tenus ſic
dpellandi veniunt, nec cum antiquis
omparandi. Nunc ordinem natu-
æ ſequendo, provinciis Aſiæ recenſi-
s meridiem verſus ab oriente progre-
iamur.

Africæ Beglerbegatus.

1. CEſair beglerbeg. Sedem habet in Algeſair, quæ noſtris eſt Algerium.

2. Tuniſi beglerbeg. reſidet ibidem.

3. Tripoli beglerbeg. domicilium ibidem habet.

Sunt autem Africæ duo præterea regna, libro Turcorum vel Oſmanidarum (ut ipſi loquuntur) inſcripta, quæ tamen necdum inter beglerbegatus referuntur, ſed potius tributariorum ſeu feudorum nomine veniunt: Feſſa nimirum, cum Maroco.

Nunc ad occidentem, & aquilonem, quæ reſtent provinciæ, videamus.

Europæ Beglerbegatus.

1. RVmeli beglerbeg, quem Græciæ vocant. Sedes ejus eſt Sophiæ. Sub ejuſdem vexillo ſangiacatus infraſcripti continentur.

1. Sophia Serviæ.
2. Nigeboli ſive Nicopolis.
3. Kirckliſſe.
4. Vyza, Thraciæ.
5. Kirmen, Macedoniæ.
6. Siliſtra, ibidem.
7. Giuſtandil, ibidem.

8. Ben-

8. Bender versus Euxinum Keraiosque Tartaros.
9. Acherman.
10. Vſcopia.
11. Priſrem, Theſſaliæ.
12. Salonichi, Theſſaliæ.
13. Trichala, ibidem.
14. Miſitra, quondam Sparta, Moreæ.
15. Palæopatra, ibidem.
16. Iagnia, Ioannina Aetoliæ.
17. Delvina } Achaiæ.
18. Elbaſſan }
19. Avelona.
20. Ducaggin.
21. Iſcodar, in Albania.

II. Denizi beglerbeg. qui & Capitan baſſa vulgo, pro maris capitaneo ſive prætore. Sedes ipſius eſt Gallipoli. Sangiacatus ei ſubjecti ſunt:

1. Gallipolis.
2. Galata.
3. Nicomedia.
4. Lemnos.
5. Mitylene.
6. Chios.
7. Nexia, ibidem.
8. Negroponto.
9. Rhodi.
10. Cavala.
11. Napolidi Romania.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

12. Lepanto.
13. S. Maura.
14. Alexandria.

III. Budun beglerbeg. Sedes ej ibidem. Subjecti ſunt ipſius jurisd ctioni ſangiacatus hi fere :

1. Novigrad.
2. Filek.
3. Zetſchen, ſive Zetzen.
4. Zolnok.
5. Gran.
6. Segedin.
7. Alba regalis.
8. Sexard.
9. Simontorna.
10. Copan.
11. Muhatz.
12. Ziget, ſive Saſvvar.
13. Petſcheu, vel Quinque Eccle ſiæ.
14. Syrmium.
15. Semendria.

IV. Temeſvvar beglerbeg. reſide ibidem. Subjecti ſunt ejus adminiſtra tioni ſangiacatus hi.

1. Temeſvvar.
2. Mudava.
3. Vilaosvvar.
4. Tſchianad.
5. Vutſchitirni.
6. Giula.

7. Vidin.
8. Lipa.

V. Bozna beglerbeg. Sedes ipſius in Bagnialuca. Sangiacatus hi ſubditi ſunt:

1. Bagnialuca.
2. Poſchega.
3. Cliſſa.
4. Herzegovina.
5. Lika.
6. Sazeſchna.
7. Isvvornik.
8. Brisrem.
9. Allatſchia chiſſar.

VI. Coffe beglerbeg. Ejus ſedes eſt ad urbem Capham in Taurica Cherſoneſo. Sangiacatus dumtaxat erat initio. Beglerbego Græciæ ſubjectus. Præter Capham, & ei vicina loca, ſangiacatus omnes ditione ſua complectitur, ad Tanaim paludemque Mæotidem ſitos. Sed verum ſi fateri volumus, beglerbegi nomen potius titulo, quam poteſtatis amplitudine tuetur.

Gradus legis Mahumetanæ peritorum apud Turcos. E Leunclavio.

CErti ſunt gradus Mahumetanis eorum qui legis apud ipſos periti ſunt, & partim jus dicunt, partim Legem interpretantur. Ludovicus Baſſanus

nus Iadrenſis in hunc modum con
parat eos cum noſtris Eccleſiaſtici
Primum, *Muphtim* dicit eſſe int
ipſos inſtar vel Papæ vel Patriarch
Græcorum. Quippe juris omnis & ſ
crorum Rex eſt, uti veteres etiam R
mani loquebantur. Huic proximi ſur
Cadileſcheri, id eſt, ſupremi judice
qui Arabum Maurorumque lingua d
cuntur *Cadi asker*. Erant autem priu
in univerſo Turcorum imperio du
tantum Candileſcheri, Anatoliæ &
Rumeliæ, id eſt, Romaniæ ſive Euro
pæ. Selimus tertius poſt ſubactos po
pulos principis Aladenſis & Sultan
Cairenſis, videlicet Aegyptios, Syro
Arabes & Armeniorum partem, ter
tium adjunxit. Baſſanus hos cum Ar
chiepiſcopis noſtris comparat. Se
quuntur *Cadii*, veluti proximum po
Archiepiſcopos locum obtinent Epi
ſcopi. Secundum hos ſunt eis *Hoggia*
qui ſeniores dicuntur, ut Græcis & no
ſtris Presbyteri. Excipiunt Hoggia
Taliſmani, ceu Presbyteros Diacon
Vltimi ſunt *Dervisii*, qui monachi
noſtris reſpondent. Taliſmani Mahu
metanos ad preces interdiu & noct
quinquies dicendas excitant. Clepſy
dris veteri more Græcorum utuntur
ad diſtinguenda tam diurna quam no

ctuin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſturna temporum ſpatia. Quum pre-
cum tempus adpetiit, turres adjunctas
meſſitis præaltas conſcendunt. Eæ ſic
factæ ſunt, ut in ſuperiori parte, pro-
pemodum ubi occipiunt diminui, ut
tandem in acuminatum faſtigium de-
ſinant, in projecto quaqua verſum ob-
ambulari poſſit. Hic ergo circumeun-
tes, acutiſſima voce clamorem tol-
lunt, digitis alteram aurium obſtruen-
tes, & homines ad invocandum nu-
men exhortantur. Vox ipſa longius,
quam quiſquam noſtrum credat, qui
ea loca non adierit, pertinet.

*Ordines Monachorum ſeu religio-
ſorum apud Turcas.*

NOmen Derviſiorum, quos ipſi nu-
mero multitudinis Dervislar ad-
pellant, ex hac ipſa narratione noſtro-
rum annalium perſpicitur eſſe quaſi
generale: quo ſcilicet ordines & ſectæ
religioſorum ceteræ comprehendan-
tur, ſicut apud nos in genere mona-
chi dicuntur, qui tamen inter ſe diver-
ſis diſtincti ſunt ordinibus. Vocant
autem annales hunc initio Derviſium,
ſtatimque ſubjiciunt, eum fuiſſe ſecta-
torem inſtituti vel ordinis Calende-
rum, & auribus, collo, brachiis ad-
penſos geſtaſſe ferreos anulos. Id in
more

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

more Calenderum ordini eſſe, mo
adparebit. Qui vero ceteroquin apu
Turcos Derviſlar appellantur, nullo
in capite pilos, nullas comas haben
ubique tonſi. Conſpiciuntur in eo
rum frontibus & temporibus caute
ria, vel ignito ferro, vel accenſa ſpon
gia, vel linea faſcia quadam, inuſt.
Aures perforatæ ſunt, quibus jaſpidum
geſtant enotidas, & anulos ſane no
parvos. Amictus, ovillæ vel caprin
pelles. his ita corpus cingunt, ut pell
una partem anticam, altera poſticam
tegat. cetera nudi ſunt, tam æſtivo
quam hiberno tempore. Paſſim in ſub
urbanis & in pagis habitant. Vern
& æſtivis menſibus pervagantur qua
vis regiones, ac prætextu religioſæ v
tæ perpetrant infinita flagitia. Fure
ſunt, adulteri, prædones, latrunculi
nec horum ſcelerum ulla tangit eo
conſcientia. Quas quidem ob cauſa
cavendum ab eis, præſertim in itine
ribus. Quippe nemini parcunt, cuju
cujuſmodi tamdem ſit nationis au
religionis, ſi ſuperiores ſe fore conf
dant. Præterea ſunt infames ceu fœd
pædicones, eoque flagitio ſe mutu
polluunt, ne quidem à jumentis ab
ſtinentes. Nequitias ut ſuas tegant
ac ſanctiores videantur, maſlaco &
opi

epio veſcũtur. Hinc enim quaſi phrenetici redduntur, iſque dum durat furor, ipſimet vel forfice, vel cultello ſe vulnerant, in collo, pectore, brachiis, lateribus: donec vulneribus & cruore deformati conſpiciantur. His deinde vulneribus tam diu ſpongiam accenſam imponunt, donec in cineres redacta tamdem exſtinguatur. Eum dolorem patienter ſe tolerare ſimulant. Hinc illis & honos à dementato vulgo, & veneratio non levis exhibetur, quod Deo cari exiſtimentur: hinc & largiores eleemoſynas impetrant, è quibus victitare ſolent. Habent in Anatolia quemdam ordinis ſui priorem ſive præſidem, quem non Aſſam baba, ſicuti Nicolaides ſcripſit, ſed Azem baba nominant: voce non proprie patrem patrum ſignificante, ſed patrem ſupremum, vel Protopapam, ut Græcos appellaſſe, de Cedrino patet: unde Moſchovii ſuos etiam Protopoppos fecerunt. Et imitatos eſſe Turcos Græcorum ordines eccleſiaſticos, ordinumque gradus, ſatis adparet ex iis, quæ ſuperius ſunt explicata.

Calenderes continentiæ præcipuam ſibi laudem vindicant, inſignem præ ſe ferentes ſanctimoniam. Sacella quædam inhabitant admodum exi-

gua. Tunicas geſtant ſtrictas & cur-
tas, abſque manicis, inſtar ſaccorum
tum è lana, tum pilis equorum con-
textas. Crines penitus abradunt. Pile
ſunt ex albo filtro, ſimiles iis, quo
Græcorum ſacerdotes & epiſcopi ni-
gros & latos admodum geſtant: niſi
quod oris adfixi dependent undiqu
longiuſculi crines equini. Ferreos ſa
tis craſſos anulos auribus, collo, bra-
chiis geſtant. Etiam cuti penis perfo-
ratæ ferreus vel æreus anulus inſeri-
tur, ne coire, vel ſi maximopere cu-
piant, poſſint. Atque hoc ultimum in
uno tantum Calendere vidiſſe nos re-
cordor, qui Sophiæ propter mare
tum, in quo nos ad biduum hæreba-
mus, unam ex pluribus cellulam in-
colebat.

Huggiemales plerique juvenes, ro-
buſti, divites, Aphricam, Aegyptum
Arabiam, Perſiam, Turciam omnem
alieno ſumtu, ſub prætextu religion
pervagantur: regionum & urbium
ſitus & intervalla notant, cum ii
quæ ipſis in itineribus occurrunt. A
mictus, ſtricta quædam, uſque ad g
nua pertinens, tunicula. Zona la
cinguntur, cujus oras auro & ſeric
exornant. Eidem tcymbala quæda
adpendunt, cujuſmodi & ſubter gen

geſtan

geſtant alligata. Supra tuniculam vel leonis vel pardalidis pellem injiciunt, ungulis ab antica parte colligatam. cetera nudi ſunt, niſi quod etiam calceos funiculis conſtrictos geſtant. Inaures argenteæ ſunt, vel æreæ, vel alio quovis ex metallo. Capillos in humeros uſque promittunt, & oleis quibuſdam, ut terebinthino, ut juniperino, perungunt: quo magis ſcilicet creſcant. Manu librum tenent. Amatorias quaſdam odas, quibus mirifice Turci, Arabica, Perſica, ſua lingua compoſitis, delectantur, cantillant. Si venuſtus aliquis puer occurrat, medium mox amplectuntur, cantando ſaltandoque cymbala pulſant. Hinc concurſus hominum, à quibus deinde munuſculum aliquod petunt. Hi quoque prætextu religionis non fœmineos dumtaxat, ſed magis etiam maſculos amores conſectantur: quibus ſane ſpurca gens nimium quantum eſt dedita.

Torlaces ovillis caprinisque pellibus, perinde ac Derviſii ſe veſtiunt. His ſarſinam, pilis extrinſecus verſis, unguibus ad pectus colligatam, injiciunt; aque pallii loco ſemet involvunt. Acuminato pileo præalto, plures habente plicas, ex albo filtro, utuntur. cetera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nudi prorſus incedunt. Adhibent & ipſi temporibus cauteria. Litterarum plane rudes ſunt. Plerumque conſpiciuntur ad tabernas, fora publica, balinea: quibus ſcilicet locis multi conveniunt, à quibus aliquid petere poſſint.

Veniebant ad nos Conſtantinopolim ex Aegypto, Sebaſtianus ab Haunſperg, & Ioannes à Salagaſto, viri nobiles. Horum alter Salagaſtius nobis narrabat Alexandriæ, quum iſtic ipſe degeret, hujuſmodi quemdam ſanctum virum opinione Mahumetanorum, quum præ foribus balinei muliebris ſtans exeuntem è balineo feminam quandam attentius intuitus eſſet: in eam furore quaſi quodam correptum involaſſe, ac protinus humi proſtratam, nec admodum fortaſſe repugnantem, in oculis omnium compreſſiſſe. Maritum eo facto ſe beatum duxiſſe, quod vir ſanctus impulſu divino, præ aliis cum uxore ſua coiviſſet. Vide cæcitatem gentis, ac præſertim Aegyptiorum. Nam alibi vix aliquid ejuſmodi factum, nobis illic degentibus, comperi.

Sunt æque rapaces in itineribus & viis publicis, ac Derviſios eſſe diximus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Plebeculæ, præſertim ruſticæ, ſe chiromantices gnaros eſſe perſuadent. Hinc ingens ad impoſtores hominum concurſus, qui pro vatibus eos habent, præſertim mulierculæ. Hinc ad eos omnis generis cibi, cum aliis rebus neceſſariis, adferuntur. Interdum ſenem ex ſuis aliquem circumducunt, quem pœne divinis honoribus adorabundi adficiunt. Cum hoc vel opidum vel pagum ingreſſi, præcipuum in aliquod hoſpitium, vel caravanſaraium, vel imaretum divertunt: illumque non tam annis quam malitia vetulum, magna, ſed ſimulata humilitate circumſtantes obſervant. Is neſcio quos enthuſiaſmos præ ſe fert, ac ſubinde quædam, veluti divinitus ſibi revelata, ſerio maxime vultu profert: nunc inſtar mortui jacet, nunc oculos viciſſim aperit, & ad ſe redire ſimulat. Inde converſus ad ficticios & ſubornatos diſcipulos: Corripite me, inquit, filii cariſſimi, & extra locum hunc deportate. Nam revelatum mihi divinitus eſt, quæ pœnæ his hominibus immineant. Quibus auditis, obſecrant impoſtorem nebulones, Deum velut averruncando deprecetur, ne pœnas illas exigat. Ille ſe ſimulat adſentiri, preces ad Deum concipit, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

iram ſuam expiari, ſeque placari propitius patiatur, orat. Hac iræ divinæ comminatione miſella plebecula, mirum in modum expavefacta, trepidat. Poſtea vero conſolationis aliquid ex hujus interceſſione viciſſim hauriens, turmatim ad impoſtorem nequiſſimum adcurrit. Omnes eam rem prodigii loco ducunt, ſeque divinitus moneri putant. Simul animis devotis, & accepti beneficii cauſa gratis, tot eleemoſynas ad planos hoſce deferunt: ut eis onuſti ſuas ad ſpeluncas revertantur, homineſque ſuperſtitioſos ac ſtolide ſimplices irrideant, qui tam fœde ſibi patiantur imponi. Veſcuntur & hi maſlaco, vel opio; & humi cubantes, libidinibus abominandis mutuo ſe polluunt. Hæc de nefandis horum apud Turcos ſpecie tenus religioſorum inſtitutis breviter exponenda duximus, licet ab aliis quoque prodita, tum ad illuſtrandam annalium hiſtoriam, tum uti ſecum lector ipſe perpendat quanto nunc illos neceſſe ſit eſſe factos deteriores, quum ante centum plus minus annos unus ex eis necem Sultano ſuo, totius in oculis exercitus, intentare fuerit auſus. Noſtro quidem tempore, nimirum anno Chriſtiano 1579, conſimile quoddam huic faci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

facinus accidit, ſaneque memorabile. NamDerviſio cuidam concepta cædes animo, pari auſu tentata, ſucceſſu feliciore perpetrata fuit. Multa ſunt à nobis in annalium ſupplemento commemorata de Mechemete baſſa vezirazeme, Selimis II genero, ſummæ ſecundum Sultanum apud Turcos auctoritatis viro. Is quum pro more domi ſuæ jus dicturus, adeundi ſe copiam faceret univerſis, in ſynedrio, vel conſeſſu, vel conſilio, vel audientia publica: (Divanum Turci dicunt; quam vocem Belvacenſis libro 31, cap. 145, Dovanam corrupte ſcripſit; horridiuſcule typhanum Porſius) ingredientem ad ſe magno niſu, per mediam hominum turbam, notum ſibi Derviſium quemdam conſpicatus, manum exporrigit, eleemoſynam ſcilicet homini daturus. Itaque ab aliis ei ceditur, ut adire baſſam poſſet: ad quem ubi propius acceſſiſſet, ſicam è ſinu profert, & ea vi Mechemetis in pectus adigit, ut illico letale vulnus acciperet, quo exſpiravit: ipſo mox etiam Derviſio ab aſtantibus in fruſta conciſo. Vide quam à deceſſoribus ſuis homines ſcelerati necdum degenerarint.

Officia Portæ Oſmanicæ præcipua,
ex eodem Leunclavio.

PORtæ Oſmanicæ miniſtri, alii intra Saraium, alii extra, munia ſua obeunt.

Intra Saraium Sultano ſerviunt

CApi Aga, vel Capi Agaſi, Præfectus aut Capitaneus Portæ.

Oda Baſſi, cubicularius maximus, & præfectus Itzoglanis ſaraii. Adoleſcentes ſunt, qui ab ætatis octavo, ad vigeſimum annum uſque, pro Sultano aluntur & educãtur intra ſaraium, varieque pro indole ſua inſtituuntur, præſertim ut legere diſcant, & ſcribere, & jaculari, & equitare: legumque Mahumetanarum ſummam percipiant.

Chaſnadar baſſi. Theſaurarius maximus.

Kilertzi baſſi. Diſpenſator maximus.

Serai Dar Agaſi, vel Serai baſſi. Supremus ſaraii præfectus, abſente Sultano.

Et hi quidem omnes ſpadones vel caſtrati ſunt, ac ſinguli ſub ſe plures alios, itidem caſtratos vel eunuchos, habent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Secundum hos, tres inprimis adoleſcentes ſunt, ipſius Sultani miniſteriis inſervientes, quorum hæc nomina:

Silichtar, qui arcum, ſagittas, arma cetera Sultani portat.

Tzohadar, qui veſtium Sultani curam gerit, ejuſque ſacramangium portat, ad arcendam pluviam factum.

Kiuptar, cui potus Sultani commendatus eſt, & qui ſemper eques etiam pro Sultano fert aquam ſecum in lagena.

Pertinet huc etiam, id eſt, refertur inter officia ſaraii, Boſtangi baſſi, præfectus hortulanis: cui delectorum è Chriſtianorum liberis Atzamoglanorum ſupra quatuor millia parent.

Sunt autem his omnibus ſui tam vicarii, quam alii officiales attributi, qui pro antiquo more gradatim ad dignitates ſupremas adſcendunt. Inſerviunt autem recenſiti hactenus ipſi Sultano intra ſaraium, ac ſiquidem eques è ſaraio prodit, omnes eum comitantur: ſin aliquo ſe mari confert, ipſe Boſtangis baſſa clavum caicæ, ſive navigii, quo Sultanus vehitur, tenet ac gubernat.

Ad ſaraium quoque pertinent hi, quorum nomina ſequuntur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Zeſchnegir baſſi, prægustator maximus, & prægustatoribus ceteris, plus minus centum, præfectus.

Mutpac Emini, præfectus culinæ, vel rei cocinariæ.

Achſi baſſi, coquus maximus.

Extra ſaraium hæc officia numerantur.

PRimus omnium locus eſt Muphti, qui ſupremus eſt Alcorani ſive Mahumetanæ legis interpres: & auctoritatem apud Turcos eam obtinet, quam Papa ſive Pontifex maximus apud Latinos; apud Græcos, Patriarcha.

Huic proximi ſunt Cadileſcheri vel Cadiaſcheri, ſupremi & ordinarii militarium civiliumque cauſarum judices: unus per Græciam vel Europam, dictus Rumeli Cadileſcher: alter per Aſiam, Anatoli Cadileſcher: quibus tertium Selimes primus adjunxit, poſt ſubactos Armenios quoſdam, Dulgadirenſes, Aegyptios, Syros, Arabes: ideoque maius eſt hujus officium, propter multitudinem populorum, & ipſarum regionum amplitudinem.

Sequuntur Vezir baſſæ, capita ſcilicet conſilii Sultanini. Quondam non niſi tres aut quatuor Vezires erant, uti paullo poſt exponemus. Sed nunc vel

plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

plures, vel pauciores, prout viſum fuerit Sultano, deliguntur. Supremus, qui Vezir azem Turcis adpellatur, ſolus univerſum maxima cum poteſtate adminiſtrat Imperium, ceteris in divano ſic adſidentibus, nihil ut ipſi proloquantur. Ex his etiam deligitur judicio Sultani, qui Ser Asker, & Ser Dar adpellatur, explicandis paullo poſt vocabulis. Quum nos Conſtantinopoli ageremus, Vezirum dignitas à Sultano Murate, novo ceteroqui exemplo, novem baſſis erat tributa, quorum ſubjicere nomina libet.

1. Oſman baſſà, Vezirazem, & Ser Dar contra Perſas.
2. Meſſich baſſà.
3. Mechemet baſſa.
4. Ali Capitan baſſà, beglerbegus maris: noſtris Vluz Ali, hoc eſt, Ali apoſtata.
5. Ibrahim baſſà, beglerbegus Cairi vel Aegypti.
6. Ferhat baſſà, belli dux contra Perſas.
7. Giaffer baſſa.
8. Ali baſſà, ſororis Sultani maritus.
9. Cigalogli baſſà, beglerbegus Revani.

Poſt Vezires, auctoritate maxima ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſunt tres beglerbegi, quorum hic ordo:

Rumeli beglerbeg. hoc eſt, Romaniæ ſive Græciæ.

Anatoli beglerbeg. hoc eſt, Anatoliæ vel Aſiæ.

Denizi beglerbeg. hoc eſt, maris: qui vulgo Turcis nunc recepto vocabulo Capitan baſſa quoque nominatur.

Hi tres parem in ſedendo locum & honorem obtinent cum ipſis baſſis veziribus, quoties in divanum publicum veniunt.

Sequitur Niſchanzi vel Niſſanzi baſſa, qui litteras omnes, omniaque mandata, & inſtrumenta, quotquot apud Portam expediuntur, obſignat: veluti ſupremus Portæ Cancellarius.

Tres Dephterdari, quorum primus, noſtro more loquendo, Præſes Cameræ, vel præfectus eſt ærarii maximus: duo reliqui, velut collegæ ipſius, & conſiliarii fiſcales.

Rais Kiutap, cujus in manibus ſunt omnes libri, commentarii, res ad Archiva pertinentes. Ideoque gradum Vicecancellarii tenet, aut primi vel maximi ſecretarii.

Omnes autem, hactenus enumerati, ſuo in divano publico ſeſſionem habent.

In eodem divano ſedent etiam XL plus

plus minus Iaſitſchi, ſive ſecretarii, vel actuarii: qui ſcripturas abſque mora perficiunt & expediunt. Ac tanta quidem ſedulitate geruntur omnia, ut ipſa negotia propemodum eodem tempore proponantur, conſultationi ſubjiciantur, & exſequutioni mandentur.

Sequuntur Agæ, Turcis Agalari dicti, numero multitudinis, vel Officiales, ſive Tribuni, qui non habent ſeſſionem in divano, vel Synedrio, ſive conſilii publici loco: nihiloque minus obligati ſunt, uti cottidie compareant in ſaraio, ſibique deputatis in locis aliis ſedeant.

Principem vero inter hos Agalarios locum obtinet Genizarorum Aga ſive Tribunus, qui Kihaiam ſive vicarium ſuum, & Capitaneos, & cohortium duces, & alios officiis præfectos habet. Adeoque ſub ejus vexillo tam Genizarorum, quam Solacchorum, viginti circiter hominum millia militant.

Proximus huic Emir Halem, qui ſupremus eſt vexillifer, & in expeditionibus vexillum Sultaninum geſtat, & alioqui vexilla beglerbegis, in mortuorum loca ſubſtitutis, itidemque Sangiacbegis, offert. Quippe quum quis

horum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

horum à baſſis in defuncti locum electus eſt, mox Emir Halem ſymbolum ei dignitatis, vexillum tradit: ſimul tympaniſtas & tibicines ad domum vel tentorium electi ſub veſperam mittit, & iſtic pulſare tympana, tibias ac fiſtulas inflare jubet. Officium fructuoſum eſt, & primi, ſecundum Genizarorum Agam, nominis ac loci.

Capitzi baſſæ, modo quatuor, modo ſex, pro arbitrio Sultani creantur. Et præfecti ſunt Capitzilariis, id eſt, Ianitoribus: habentque ſinguli ſub ſe trecentos aut quadringentos Capitzilarios. quorum eſt inſervire ipſius perſonæ Sultani, eumque circumſtare, quoties publice facultatem adeundi ſe præbet, quod audientiam dare dicunt: & belli tempore, quando Sultanus in caſtris eſt, circum ipſum excubias inſtar cubiculariorum agunt.

Duo Præfecti ſtabulo, major & minor. Primus ipſis Buiuc Emir Ahor, vel Achor, vel Achur: alter, Gutzug Emir Achur, adpellatur. Vulgo uterque dicitur Imbrah or baſſi. Apud Græciæ Prætorem noſtrum vox eſt Ἀμυ-ραχούρης, ex Emir & Achur itidem facta. Habent hi ſuos etiam Kihaias, id eſt, vicarios, & alios præfectos offi-

ciis:

ciis: eorumque parent imperiis hominum ad duo millia.

Tzaus baſſi, capitaneus ſive præfectus Tzauſiorum, qui numero plus minus ſunt ſeptingenti, & cum nobilibus aulicis comparari poſſunt, quorum ſcilicet opera variis principes in commiſſionibus & mandatis expediundis, & deducendis exterorum principum legatis, utuntur.

Capitzilariorum Kihaia, maximus vicarius, quaſiq; ſupprçfectus omnium Capitzilariorum ſive Ianitorum. Ejus officium poſcit, ut una cum Tzauſiorum baſſa pedes in divano coram Baſſis adſtet, argenteum manu baculum tenens, quem Græci dixerunt σκῆπτρον, ſive ſceptrum, ut introducat eos qui audiri poſtulant: ut ſcripturas è divano, quum uſus exigit, ad Sultanum ferat: ejuſque viciſſim ſententias (reſolutiones vulgo dicunt) Vezirazemi referat.

Mutapheraki baſſi, capitaneus Baronum ac præcipuorum begorum aulæ, qui non tenentur in militiam proficiſci, niſi aliquam in expeditionem Sultanus ipſe prodeat. Ideoque noſtrorum ad Baronum ſimilitudinem, liberi eſſe volunt. Majori etiam ex parte filii

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſunt Baſſarum, procerum, beneque meritorum virorum de Oſmanidis.

Sex Agalari ſive Tribuni Spachiorum, id eſt, equitatus immediate deputati cuſtodiæ Sultani. Horum hæc nomina ſunt:

1. Spahoglan Aga, vel Agaſi.
2. Silichtar Agaſi.
3. Sag Vlefetzi baſſi.
4. Sol Vlefetzi baſſi.
5. Sag Garib Agaſi.
6. Sol Garib Agaſi.

Horum vero Tribunorum unusquiſque duobus aut tribus equitum millibus præeſt.

Sequuntur non pauci, quorum appellationes ſimpliciter heic ponemus, in commodiorem dilaturi locum tam prolixiorem de his, quam de plurimis præterea nunc ſilentio prætereundis explicationem.

Topzi baſſi, præfectus Artilliariæ, ſive rebus ad tormenta bellica ſpectantibus.

Tzegerbetzi baſſi, præfectus armis, vel armaturæ.

Tzader Mecter baſſi, præfectus tentoriis.

Tzalitzi Mecter baſſi, præfectus tubicinibus, & muſicæ Sultaninæ caſtrenſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Autzi baſſi, ſupremus rei venatoriæ præfectus.

Doganzi baſſi, præfectus accipitrariis, ſive Falconariis.

Tzagerſchi baſſi, præfectus niſis, quos ſparaveros vocamus.

Samſontzi baſſi, præfectus canibus venaticis. Hoc officium intra precipua numeratur. Et quondam ex iis, qui huic præerant, deligi Genizarorum Agalarii, ſive Tribuni, ſolebant.

Seguan baſſi, præfectus jumentis ſagmatariis in exercitu, vel in comitatu Sultani. Iumenta vero ſagmataria, vel ſagmaria, vel ſamaria, (pro quibus ſummaria non recte ſcribitur apud Belvacenſem,) Græci vocare ſolent, quæ noſtri clitellaria. Sunt in his equi, muli, cameli: rariores tamen apud Turcos ad hunc uſum equi, plures muli & cameli. Quapropter à Seguane recenſendi veniunt.

Devetzi baſſi, præfectus iis, qui camelos agunt.

Catertzi baſſi, præfectus agaſonibus, vel mulos agentibus.

Harpa Emini, præfectus equorum pabulo.

Præter hos, non exigui nominis ad portam ſunt:

Dephter Emini, præfectus libris, qui-

bus Timaria continentur. Et Emin generaliter alioqui ſignificat eum, qu proventus ſive reditus aliquos recipi & adminiſtrat.

Kihat Emini, ſuperintendens Cancellariæ, veluti Taxator quiſpiam, noſtro more: qui regalia Cancellariæ, qu vocant, exigit: eorumque curam neceſſariam gerit. Hoc officium comparari pretio decem, vel etiam quindecim millium ducatorum ſingulos in annos, ſolet: quo potiri qui poteſt maximas opes colligit.

Terſane Emini, ſuperintendens Arſenalis: id eſt, qui νεωρίου φροντιστὴς eſt, ſive προνοητὴς, ut Græci dicunt, ſive qui navalis curam gerit.

X.

EXCERPTA E LIBRO Lazari Soranzi Patricii Veneti,

De militaribus copiis Turcicis.

TVRCICI equitatus prꝗſtantia in Spachis conſiſtit, qu ſtipendii loco certos habent reditus, quos illi *Timara* vocant. *Timarum* proprie dici poteſt penſio quædam vel aſſignatio certo rum

rum redituum, qui ex fundis perci-
piuntur bello acquiſitis, qui certa pro-
portione diſtribuuntur militibus quo-
rum præ cæteris emicuit magnanimi-
tas, quiq; ſtrenuam in bello navarunt
operam. cum coloniis antiquis vel feu-
dis, vel quæ noſtra ætate dicuntur,
commendaturis, comparari poſſent.
Præmium quod Romani in milites
bene de republ. meritos conferre ſole-
bant, ut ad dies vitæ eo fruerentur,
beneficia adpellabant. Beneficiarios
vero, qui illo pręmio fruebantur. Cum
his convenit quod Græcis *Timarion*,
beneficium *Timarati* & *Timarioti* per-
ſonæ, dicitur, etymologia à voce τι-
μὴ ducta, quæ honorem ſignificat.
Vnde de Theodoro (non eo qui Tiro,
ſed qui *Stratitatus*, id eſt, prætor vel
militum ductor vocatus eſt) legimus
quod à Licinio Auguſto arcem Hera-
cleæ in vicem Timari accepit, idque
diu ante, quam ad martyrium propter
fidem Chriſtianam tractus fuit, ut ha-
bet Philo, Poëta Græcus, Damaſcenus,
Nicephorus, Caliſtus, & in Menaëo
legitur, quod eſt officium menſtruum
Græcorum. *Vlofe* dicitur ea merces,
quæ de die in diem à Quæſtore militi-
bus, qui ſtipendium accipiunt, & reli-

quis qui in aula Imperatoris ſerviunt, perſolvitur, qui *Vloſergi* vel *Olophagi* dicuntur, quaſi quibus de ſolo victu proſpectum eſt, à Græca illa ὀλοφάγοι, voce ducta. Eorum qui ſub Timaro in Europa militant, ad 16000 numerantur. Quilibet Spachorum, qui circiter 3000 ad 6000 aſpros annuos habet in reditu, in bellum cum uno equo proficiſci obſtrictus eſt; qui circiter 5000 ad 10000 habet, cum duobus ſe ſiſtere cogetur. Idem de reliquis, qui plus minusve poſſident, facta proportione, ſtatuendum eſt. Nonnulli plures equos alere ſolent, prout quis vel dives eſt, vel honoris & gloriæ deſiderio tenetur. Horum Spachorum pars maxima Beglerbego ſubjecta eſt, quorũ numerus ad 9000 Timari accedet: reliqui Boſniæ, Budæ, & Zoborenſi (vulgo *Tremesvvar* dicitur) Baſſæ parent.

Præter eos quos modo commemoravi Spachos, ſunt Spachaglani, qui in aula nutriti delicatuli ſunt, & aulicorum more polite & ſplendide veſtiuntur habitu Perſico. Equitant more Aſiatico, parvis utentes ephippiis, è quibus facile deturbari poſſunt. Quondam non tenebantur in bellum proficiſci, niſi præſente Imperatore: ſed non ita pridem eorum plurimi à

Sinan

ſinan & Giafer nolentes in militiam tracti ſunt, quod aliis militibus deſtituerentur. Qui cum in Servia & Bulgaria hybernaſſent, tam male extortionibus & rapinis mulctarunt miſeros ruſticos, ut pejus nec ab ipſis quoque Tartaris tractarier potuiſſent, quorum etiam veſtitum & perſonam ſæpius induerunt, ut ſub ea ſpecie, delicta ſua facilius cooperire poſſent. Horum ſunt quatuor ordines in aula imperatoria, videlicet, *Selectari*, *Vleſergi*, *Guraba*, & *Spahoglani*. Sed poſteriorum numerus omnium maximus eſt, igitur eorum nomen ſine diſcrimine omnibus attribui ſolet. Selectari & Spahoglani in duo agmina diviſi ſunt, videlicet in Selectaros dextri & ſiniſtri lateris, & Spahoglanos dextri & ſiniſtri lateris. Diverſis ſignis invicem internoſcuntur; quibus ſi eos, qui *Guraba* & *Vleſergi* nominantur, adjicies, agmina ſex efficient. *Guraba* autem nomen plurale eſt à *Carip* ductum, quod pauperem & nudum denotat: *Vleſergi* autem, ut ſupra diximus, ſtipendiarii dicuntur. Horum ordinum quilibet proprium ſuum habet Agam, qui duobus vel tribus equitum millibus imperat.

Qui *Acanzii* vocantur, ut pluri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

mum agricolæ ſunt, ſed falluntur qui eos Haiduchis Hungarorum comparant: cum illi equites; hi, pedites militare ſoleant. Nec recte eos à Iovio & aliis ſcriptoribus recentioribus *voluntarios milites* appellari puto; cum propter exemptiones ipſis conceſſas in bellum proficiſci cogantur: ſæpius tamen Zingarorum vel Tartarorum more integras regiones deprædando pervagantur & devaſtant. In Dobruccia, Bulgariæ provincia, ut plurimum ad Danubium deſident & morantur.

Ii qui *Gionli* dicuntur, vere ſunt voluntarii milites, qui ſicut & hi quos *Baratli* vocant, & ſpe alicujus muneris conſequendi militant voluntarie, ſine ſtipendio in bellum proficiſcuntur. Iis Chriſtiani plurimi admixti ſunt, quemadmodum & reliquis, quos *Muteferaga* nominant, ſeſe adjungere ſolent, (qui ſunt præcipui aulici:) nec in bellum, niſi Imperatorem comitandi cauſa, ire coguntur: ab oneribus militiæ eximuntur, liberrime omnia devaſtant, exercitũ præveniunt, tanquam præcurſores: ex præda acquiſita partem quintam Imperatori offerunt. Reliqui Baratli Baſſarum & Sanghiachorum familiis & Spahorum ſervitiis ſe immiſcent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Timarorum quæ in Aſia ſunt numerus ad 50000 ſeſe extendit. Quæ ſubducta ratione 150000, tam equitũ quam peditum, ſervis annumeratis, efficiunt. Multitudine Europeos duabus tertiis ſuperant; ſed armis non bene inſtructi, parumque fortes ſunt, nec ad bellum idonei, exceptis iis pauciſſimis, qui ad mare habitant, & militiæ nauticæ addicti ſunt. Initio poſtremi belli Perſici 30 fuere in Aſia Beglerbegi, exinde numerus eorũ auctus fuit. Africa tres habet. Foſſe & Marocci regna Turcæ tributum pendunt. Europa habet ſex Beglerbegos: quæ vocabuli explicatio mihi ſubjicienda erit, cum ſæpius ejus à me facta ſit mẽtio. Vox illa Turcica *Beglerbeg* idem valet, quod *Dux Ducum*, ſeu *Princeps principum*. Hi enim ſupremi ſunt duces & pręfecti, quibus reliqui omnes, qui aliquo in provincia ſibi commiſſa præſunt imperio militari, ſubjecti ſunt. Hi eandem poteſtatem obtinent, quam illi, qui *Melioul Vmerca* Arabibus, & Græcis ἄρχοντες ἀρχόντων vocantur. Quorum tres authoritate & dignitate reliquos ſuperant, & eundem cum Baſſis & Viziris locum obtinent. *Vizirοs* autem vocant Turcæ, qui in Dovanũ ſeu conſilium regium

admittuntur, ut ibi in præſentia Imperatoris ſententias dicant. *Dovanus* non recte à quibuſdam *Tiphano* dicitur. Rumeli Beglerbeg primus eſt, qui Romaniæ ſeu Græciæ imperat, & ſedem habet in urbe Sophia, quæ olim *Tibiſca* dicta eſt, metropolis tamen Bulgariæ, vel Volgariæ (à populis, qui à Volga fluvio eo migrarunt, ſic nominata) non eſt, ut falſo quidam opinantur. Neque eo loco habenda eſt Nicopolis, quæ propter victoriam quam Trajanus de rege Dacorum Decebalo reportavit, claret. Errant quoque qui Sophiam pro antiqua *Scopia*, vel *Dardania* vel *Macedonia* ſumunt: neque etiam Sardia eſt, à qua Synodus Sardicenſis, ſub filiis Conſtantini habita, nomen accepit. Hodie enim *Triaditza* nominatur. Aſiæ minoris ſeu Anatoliæ Beglerbeg inter primarios ſecundum locum obtinet. In Cutheia reſidet, quæ *Cotyæum* quondam, in Phrygia ſita, imperite à quibuſdam in Galatiam ponitur. Denizi Beglerbeg, qui & *Capitano Baſſa* dicitur, maris imperium habet: ut plurimũ Conſtantinopoli moratur, quam Turcæ corrupto nomine *Stamboli* vocant. Hic armamentarii curam gerit; priuſquam à Solymanno ad honorem

Begler-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Beglerbegi evectus eſſet, *Sangiacco di Gallipoli* vocabatur. Ad ſuſtentationem ſui fruitur reditibus, quos habet officium *ſub aſſi di Galatà*, ſeu *fiſcus Peræ*, quod pro 16000 coronatis elocatur. Habet etiam uberrimos proventus novem inſularum, quarum præcipua eſt Nixia.

Pedites præcipui apud Turcas ſunt Ianizari, qui è numero Agiamaglanorum (qui ſunt Chriſtianorum liberi maſculi, quos decimarum loco pendere coguntur) ad id vitæ genus à pueris ſeliguntur & enutriuntur. Reliqui in aula viliſſima quævis ſubeunt munia; cum navigiis (quæ *Caicchi* vocant) hinc inde navigant, vel hortos colũt, vel aliis ejuſmodi rebus perficiendis adhibentur: ſalarium unius tantum aſpri in dies ſingulos accipiunt. *Aſpro* (non, ut quidam volunt, *Aſpero*) Græcis dicitur ea moneta, quam Arabes Oſmanni & Turcæ *Acſe* vocant, ab albedine, quia ex argento conſtat. Eorum ſpecies duæ ſunt, majores & minores: Horum uſus frequentior eſt, licet viliores & minus pulchri ſint: Illi bonitate materiæ priores ſuperant. Eo monetæ genere Turcicus Imperator militibus ſuis & aulicis ſatisfacere ſolet. Scriptores quidam *Syderocapſiam*

vocant, ab arce Syderocapſa; quæ in provincia Thaſſi ad Athon montem celebrem ſita eſt. Hunc montem Græci Αἴγιον ὄρος, vel quod mari Aegeo immineat, vel quod capris paſcentibus ubique ſit refertus, appellant: aliis dicitur ἅγιος ὄρος, *mons ſanctus*, quod Turcis ſonat *Seitdag*. Nam 23 in eo ſita ſunt monaſteria Calogerorum, qui ſunt monachi in ſolitudine viventes. *Aſper* valet 24 manguris. *Mangurus* moneta cuprea eſt, idem valens, quod nummulus antiquus. Quinque aſpri ſi boni ſint, & juſti ponderis, faciunt unũ drachma: duodecim drachmæ thalerum efficiunt. Thalero uno & medio conſtat *Cechinus Venetus*, qui ejuſdẽ eſt valoris cum Sultanino Turcico aureo, quæ omnium præſtantiſſima moneta Turcarũ eſt, ſedecim Paulinos Romanos valens. *Sultaninus*, quem alii *Soldanum* vocant, à Sultanis ſeu Principibus Ottomannis nomen habet, ſicut *Cechini ducati* dicuntur, quod Duces Reip. Venetæ eos ferire ſoleant. Byzantii vel Byzantini tempore Græcorum ab urbe Byzantio denominabantur, & ejuſdem ferè cũ prioribus erant pretii. Scriptores nonnulli diverſa de hac computatione ſcripſere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ſcripſere. Precium namque ſui temporis conſiderabant. Aſper conſtabat octo tantū manguris. Drachma quatuor aſpris. Novem aſpri thalerum efficiebant. Cechinus vel Sultaninus, valebat tantum 54 aſpris. Nunc monetarum ratio omnis mutata eſt. Thalerum efficiunt 70 vel 80 aſpri; Cechinum vero 110, 120, 125 aſpri; quod propter varia tributa, Conſtantinopoli & paſſim propter bellum Perſicum imperata & impoſita, factum eſt. Ejus monetæ, quæ quondam in Imperio Ottomannico currebat, uſus nunc eſt prohibitus, propter varias imagines, quibus ſignata erat, à quibus Mahumetana religio penitus abhorret. Verior tamen ejus rei cauſa poteſt allegari, quod videlicet ex ea moneta, quę puriſſimo conſtat argento, ſi rurſus cudatur, multum lucri & theſaurus Imperatoris & Theſaurarii ipſi percipere poſſunt; ſed ab eo zelo & ſuperſtitione nunc paululum remiſerunt, eam pro legitima habentes quæ materia conſtat perfectiſſima. Hæc eo à me animo ſcripta ſunt, ut de ſtipendio, quo Imperatores Turcici ſuis militibus ſatisfacere ſolent, certi quid conſtet. De reliquis monetis, Aegytiaca videlicet, Arabica, Syriaca & Perſica, quarum

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

per univerſum regnum Turcicum frequens uſus eſt, videatur liber ea de re non ita pridem ſcriptus, cujus lectio tamen à Magiſtratu interdicta eſt, quod nonnulla minus pia contineat; quo niſi laboraret vitio, cognitione omnium digniſſimus eſſet, propter plurima ſecreta rerum Turcicarum, quæ in eo continentur. Ianizari igitur pro optimis habentur militibus, qui in regno Turcico reperiuntur, quorum opera & miniſteria cum iis conveniunt, quos *milites prætorianos* olim vocabant, & ut Mammalucci corpus ſui Principis circumſtipant, vel ut juvenes iſti ſtrenuiſſimi Perſarum, quos *Ianitores* vocabant, (quorum mentionem facit is, qui ſub nomine Ariſtotelis librum De mundo compoſuit) regem vel Imperarorem ſemper comitantur & cuſtodiunt. Putarunt nonnulli eos à janua nomen ferre, alludentes ad nomen *portæ*, quæ eſt regia Imperatoris; verum qui opinioni huic innituntur, errant. Nam Turcis porta, *Capi* dicitur, non *Ianua*. Vnde is qui ſupremam regiæ curam habet, *Capizi Baſſa* vocatur. Vox autem *Ianizari* à Turcico vocabulo *Iegnizari* derivata, novam militiam ſignificat. Nova dicitur non propterea, quod

quod recēter in uſu eſſe cœperit, ſiquidem ab Oſmanne Gaſi (quem alii *Ottomannum* vocant) inſtituta, ab Amurathe primo ex conſilio Cara Ruſtem, quem Turcæ ut ſanctum colebant, renovata & aucta fuit: ſed quod Ianizari fere omnes Chriſtianorum filii ſint, qui parentibus in juventute à miniſtris, quibus illud cōmiſſum eſt negogium, quinto vel ſeptimo quovis anno; interdum etiam ſæpius, tributi nomine eripiuntur, cum octavum vel decimum, etiam cum vigeſimum ætatis implerunt annum. Poſtea in partes Anatoliæ diverſas diſtribuūtur, ut in lege Mahumetana inſtituantur, conſuetudines & linguam Turcicā addiſcant, laboribus & ærumnis aſſueſcant: vocanturq; *Agiamoglani*, ut ſupra quoq; oſtendimus. Vbi ætatem quæ tractandis armis convenit, attigerunt, & exercitiis bellicis aſſuefacti ſunt, ad portam remittūtur ut in numerum Ianizarorum aſſcribantur. Qui militiæ minus apti ſunt, ad naves & triremes relegantur, ut rei maritimæ ſtudeant. Qui bonitate indolis & ingenii præſtantia alios ſuperant, illi in Seraglia, quæ ſunt Adrinopoli & Peræ, includuntur. Inde pedetentim ad miniſteria aulæ & cubiculi Imperatoris adhibentur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

bentur: certos ſuos Duces habent, qui-
bus obedire coguntur. His ſtipendium
quinque vel ſex aſprorum in dies ſin-
gulos ſolvitur. Tantundem fere ha-
bent nonnulli ex Agiamoglanis, qui
diverſo à Ianizaris habitu veſtiuntur.
Illis duæ veſtes annuæ dantur. Tormē-
ta dexterrime tractant, & vere *Tor-
mentarii* ſeu *Pyrobolarii custodiæ Im-
peratoris* dici poſſunt. Honoris acqui-
rendi cauſſa obſtinatiſſime certare &
pugnare ſolent. Agiamoglani vero u-
nicum veſtitum annuatim accipiunt.
Ianizarorum quidam ad limites im-
perii in præſidiis habentur: pauci ad
mare habitant, & militiæ nauticæ ad-
dicti ſunt. Eorum pars maxima aulam
& Imperatorem ſequuntur, & ple-
rumque Conſtantinopoli morantur,
ubi fere omnes creari ſolent. Nam qui
Damaſci, Càiri, vel alibi creantur, ubi
Conſtantinopolim pervenerint, & ibi-
dem in eo officio non confirmantur,
reticulum illud, quod *Zercula* vocant,
geſtare non audent. Cum ultimam in
expeditionem ſub ipſorum Aga pro-
fecti ſunt, præter morem ordinem
potius militiæ turbarũt, quam ut ſtre-
nue ſuo functi ſint officio. Non enim
libenter obediunt primario Duci, quē
Serdar voce Perſica vel SERASKER lin-
gua

[lin]gua Arabica nominant. Tum etiam [q]uod noſtra memoria à diſciplina & [p]ræceptis majorum ut plurimũ decli[n]arunt, neque in bello ea animi præ[s]entia & fidelitate ſerviunt, qua quon[d]am ſolebant eorum prædeceſſores. [P]ræfectus Ianizarorum, *Aga* voca[t]ur, qui primus eſt Aglariorum, qui [s]unt equites præcipui, qui nunquam à [l]atere Imperatoris diſcedunt, ab *Aga*, [i]d eſt, baculo, ſic dicti, qui poteſtatis, [q]ua pollent, ſignũ eſt; Chiliarchas Tri[b]unos & Druncarios ſeu Truncarios [i]mitantes, qui olim quoque ejuſmodi [b]aculos vel truncos ferre ſolebant. Ia[n]izarorum maxima inſolentia eſt, nõ [m]odo erga privatos, qui eos vehemẽ[t]er timent, ſed etiam erga ipſummet [I]mperatorem. Sciunt enim robur om[n]e Imperii & potentiæ Ottomanicæ [i]pſorum in manibus verſari: Raro e[t]iam vel leviter propter delicta caſti[g]antur. Vnde quanta ſit ipſorum po[t]entia, quoque in loco paſſim ab ho[m]inibus habeantur, perſenſerunt. Im[p]eratori ſæpe indigniſſime minati [ſ]unt abrogationem Imperii, & filii in [p]atris regnum ſubſtitutionem: ab eo[d]em interdum extorſerunt furore quodam barbaro & importunitate maxima res omnium iniquiſſimas: cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cujus rei ut exempla vetuſtiora ſilean
Amurathem proxime defunctum co
gerunt, vel vivos vel mortuos ſibi d
dere Dephterdaros & Mehemetum
Baſſam Armenium, quem unice dil
gebat, accuſantes eos quod falſam a
ipſis monetã accepiſſent in ſolution
ſtipendii. *Dephterdari* enim Theſau
rarii ſeu Quæſtores ſunt tres; quoru
unus ſummus eſt, & præſidet ærari
reliqui ejus collegæ fiſcum curant. Su
perbiæ & inſolentiæ cauſa quoq; no
minima extitit numerus eorum pau
cis abhinc annis valde auctus, idqu
culpa miniſtrorum, qui ad hoc conſti
tuti ſunt, ut quos officio illo dignos a
ſtimant, a reliquis Agiamoglanis ſe
cernant; qui non optimum quem
vis ad militiam aptiſſimum, ut quon
dam fieri ſolebat, ſed quos mod
nanciſci potuerunt, militum inopi
coacti, elegerunt. Etiam Turcas na
turales & Ianizarorum filios. Verum
ut id faciant, pecunia corrumper
di ſunt. Quod uberrime præterit
annis maxime contigit, ubi corpo
ris ſolius diſpoſitionem & annorum
modo numerum in exercitus colle
ctione reſpexerũt, quo ſubito magna
conſcribere copias potuerint, inte
veteranos aſſumptis iis, qui mil
tar

tari inſtitutione protinus deſtitue-
pantur.

Spahi quidam pedites ſunt, qui Eu-
bœæ Lacedæmone (hodie *Miſithra*) &
aliis locis maritimis commorãtur, rei-
que maritimę ſtudent, & Archithalaſ-
ſo parent, præcipuoque uſui in trire-
mibus ſolent eſſe.

Præſidiarii inſuper pedites ſub nomi-
ne *Aſappi* & *Besli* comprehenduntur:
qui falſo à Græco quodã authore Huſ-
ſaris Hungaris comparantur, cum il-
li pedites ſint ſtipendiarii; hi vero,
equites.

Tandem cum Amurathes poſtre-
mus reipſa expertus eſſet, tantam ſibi
non eſſe militum copiam, quã quon-
dam habuere ipſius majores, propter
certas quaſdam rationes, de quibus in-
fra à nobis dicetur, novam inſtituit
militiam tam peditum quã equitum,
ruſticorum videlicet Turcarum, qui-
bus ampla privilegia & honores plu-
rimos decrevit, proprio ipſis indito
nomine *Culcardaſiorum*: quod ſervo-
rum ſive mancipiorum fratres ſigni-
ficat. Quæ appellatio cum ſolis tri-
buitur Chriſtianis in Mahumetanam
ſuperſtitionem adſcriptis ac degene-
rantibus, tum apud Turcas omnium
eſt honorificentiſſima.

In Africa Turcæ equitatum fere nullũ, aut ſane perexiguum habent. Præſidiarii pedites Algerium, Tunetam, Tripolim, Gulettam atque alia loca, quæ in ea regione poſſident, metu Hiſpanorum ſerio cuſtodiunt. Hiſpani enim propugnacula & arces munitiſſimas iis in locis habent, quæ ne ipſis eripiantur, diligentiſſime & firmiſſimis præſidiis munire ſolent. Atq; hæ ſunt Turcarum copiæ militares, equitum & peditum, quibus imperator in omni bello tanquam mancipiis uti poteſt, de quibus pauca quædam conſiderare convenit.

Notandum igitur 1. exercitum Turcicum, quem modo deſcripſimus, & qui primo intuitu immenſus adparet, fama potius & opinione hominum, quam revera, tam magnum & validũ eſſe. Militũ enim perſpectæ fortitudinis & experientiæ maxima eſt raritas: qui mediocriter in rebus bellicis ſunt verſati, non magno cõſtant numero. Qui vero ad res gerendas plane ſunt inutiles, & quorum nulla eſt habenda ratio, ut ſunt ſervi, calones, lixæ & hi ſimiles, horũ ingens eſt copia. 2. Conſtat enim, equites Turcicos, in quibus robur atque opes illius imperii potiſſimum conſiſtunt, non ea animi ala-

critat

critate & promptitudine in bellũ proficiſci, neque ea patientia & tolerantia labores & incommoda ſufferre poſſe, ut quondam maxima cum laude ſolebant. Bellis enim in Perſia geſtis attenuati valde ſunt. In primis vero Hungaricis hac tempeſtate, ubi hordei & rerum omnium ad ſuſtentationẽ hominum æque atque equorum & camelorum neceſſariarum, indigentia & caritas maxima fuit. 3. Denique & illud obſervandum eſt, Spahos qui primarii ſunt Turcarum equites, difficillime hoc tempore equos bellatores, ne oblato quidem precio, nanciſci poſſe. non modo propter equorũ & rerum omnium caritatem maximã, ut modo diximus; verum etiam quod equi ut plurimum in bellis periere, & rariſſime inveniantur qui ad belli uſum valeant: Tum etiam, quod Spahi, quibus alii reditus non ſunt, niſi quos ex Timaris percipiunt, amiſſis prioribus equis deſtituantur fere rationib⁹, quibus alios comparare ſibi poſſint. Alii in ocio vivere deſides conſueti, pecuniam fœnore accipiunt, qua Timara potius emunt, quam equos; vel apud alios pecuniam occupant, à quibus poſtea cedendo bonis, ea defraudantur. Etſi vero præteritis annis equitatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

habuerint copioſiſſimum, diverſa tamen ejus rei cauſa fuit. Turcæ enim nunc multo molliores & effœminati è Perſarum delitiis, quæ eoſdem fere in ipſis, quos luxuria in Romanis quondam & Græcis effectus habuerũt, redditi; plurima impedimenta, quæ ad commoditates lectorum & rerum ad victum pertinentium conducunt, ſecum trahere ſolent, ut multis ad eã rem equis uti neceſſe ſit. Neque quiſquam eſt equitum, ruſticus etiam ſi ſit, vel alias paupertate prematur, qui non plures uno ſecum in bellum ducat equos; qui tamen ſtrigoſi, male habiti & ad militiam plane inutiles ſunt, quod eventus pugnæ ad Agriam commiſſæ declaravit. Cum diminutionis exercitus Ottomannici variæ à variis cauſæ afferantur; non puto me abs re facturum, ſi ea in re meum quoq; interpoſuero judicium.

Extra controverſiam eſt, Ottomannicum imperium ea militũ copia carere, quam quondam in bellum poſt ſe trahere Imperium ſolebat. Hujus defectus cauſæ ſunt plurimæ, quas ſingulatim diſcutiemus. 1. Cum Turcarum potentia nunc valde aucta & amplificata ſit, ii qui quondã propter anguſtiam regionis, quam tum colebant, locuſta-

locuſtarum inſtar in bellum, Tartarorum more, effundebantur, nũc majores commoditates, delitias, & regiones multo fertiliores nacti ſunt. Inde fit, ut non niſi coacte & ægerrime propria relinquant, & ad incerta acquirenda in bellum proficiſcantur. 2. Ipſæ Turcarum regiones & ditiones tam vagæ & ſpacioſæ ſunt, ut difficulter milites contrahi & ad bellum congregari, propter locorum diſtantias, poſſint. Neque regiones omnes propter vaſtitatem incolæ frequentare poſſunt, cum Turcarum Imperatores provincia aliqua armis ſubacta, incolas & habitatores ejus vel extirpare penitus, vel alio transferre conſueverint. 3. His cauſis etiam hæc addi poteſt, quod imperio Turcico valde dilatato, & quam plurimis nobiliſſimis regnis & urbibus illi additis, Turcæ commoditates majores nacti ſunt mercaturæ exercendæ, quam quondam fere negligere & contemnere ſolebant. Hæc quam plurimos ita velut oppigneratos tenet, ut ſtatuere ipſi ſecum non poſſint, quo eam rationem vitæ deſerant. Quapropter ſponte ſua nunquam, ſed coacti tantum militiæ nomina dare ſolent. Majori enim cum periculo & incertitudine rerum ſuarum ad eas opes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

& divitias Martis alea pertingere queunt, quas per mercaturam facile poſſunt acquirere. 4. Turcarum exercitus fere totus ex mancipiis, quæ fidem Chriſtianam ejurarunt, conſtat; Perſas enim & Tartaros mancipiorum numero Turcæ non ſolent adſcribere, ne bellicas functiones ac dignitates, in quibus præcipua authoritas & divitiæ conſiſtunt, cum illis partiri cogantur. Quæ dignitates profecto tantæ ſunt, & tam expetendæ, ut ſola hæc ratio opponatur ingenti illi periculo, quod imminere Turcico imperio videtur ex tanta hujuſmodi alienigenarũ mancipiorum multitudine atque potentia. Illi qui Aſiam incolunt, quibus quondam omnes belli functiones cõcredi ſolebant, nunc Turcę nativi ſunt, quorum plane nulla habetur ratio: æſtimantur timidi, nulloque in precio ſunt, nec minus effœminati & molles cenſentur, quam quondam ab antiquis Aſiæ populi habiti ſunt; Kadileskierorum & Cadorum honores illis ſolummodo atttibuuntur, paucis exceptis, quos militiæ adſcribunt, qui Sangiachis atque Baſſis inſervire ſolent. Sed & hi tamen plerique mancipia Europæa ſunt, in Aſiam ad certa munia obeunda miſſi. *Kadileskieri*

ab

ab Arabibus *Caſiaskeri* dicti, Indices ſunt in regno Turcico ſupremi & ordinarii, qui in rebus civilibus & criminalibus jus dicunt; ſuntque duo: quorum alter Anatoliæ præſidet, alter Romaniæ. Illi qui Cairi moratur, non recte à quibusdam nomen illud attribuitur, cum rectius *Cadus magnus* dici mereatur; fuitque à Selymo inſtitutus cum Armeniæ, Aegypti, Syriæ & Arabiæ partem ſibi ſubjeciſſet. Hunc militum defectum nonnulli ad imminutionem incolarum, & habitatorum in provinciis Turcicis infrequentiam referunt. Nam Aegæi maris inſulas, & Macedoniam & Græciæ provincias, ut plurimum cultorib⁹ ſpoliatas vident, quæ tamen regiones omnium præſtantiſſimæ ſunt, quas Turca poſſideat. Sed his reſpondere poſſumus, ab eo uſque tempore, quo Græcæ reipubl. flos atque vigor extinctus eſt, multitudinem incolarum imminutam, nec unquam poſtea ad eam copiam, qua prius pollebat, perveniſſe. Paulus Aemilius in Epiro una die ſeptuaginta tam urbes quam oppida deſtruxit, in mari vicino plurimæ ſunt inſulæ, quæ propter ſterilitaté incultæ relinquuntur. Sed & bella civilia à Romanis geſta, ipſa Græcorum Imperatorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

inertia atque deſidia, infeſta Saracenorum, Latinorum, & Turcarum arma variis temporibus Græciæ illata, crebræ piratarum excurſiones, nunquam quieſcere, & à damnis reſpirare inſulas illas & regiones florentiſſimas ſivere. Negari tamen non poteſt, multa milliaria in Turcia itinere faciendo peragrari, ubi nemo mortalium peregrinantibus obviam fiat, vel ædes, ubi diverti poſſint, appareant. Quoniam incolæ oppidis & pagis, qui plerunque ad vias regias & tritas ædificati ſunt, relictis, loca remotiora & deſerta magiſque munita petunt, ut tutus ipſis pateat receptus contra direptiones & deprædationes militum, qui ſuo ex arbitrio quoſvis vivere cogunt, vel cædibus & rapinis omnia miſcent, eo ipſos inſtigante contra veræ militiæ leges propria malitia. Quod utinam ne ſæpius à Chriſtianis noſtris quoque cum jactura rerum maximarũ & periculis maximis experiri cogeremur, quemadmodum fuſius à me in libello De militia Chriſtiana demonſtratum fuit. Hæ ſunt, meo quidem judicio, & cauſæ & rationes minus dubiæ, ob quas imminuti, & ad exiguum numerum redacti exercitus Turcici vidétur, itemque cur majori ex parte iis conſtent

militi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

militibus, quos extrema inopia vel libido per injuriam alterius diteſcendi, aut deſperatio rerum ſuarum in bellum ire compellit. Quod eo frequentius evenire ſolet, quoniam ipſimet Spahi domi deſidentes, ubi ad ſumenda arma compelluntur & citantur, ſervos ſuos, inutilia terræ pondera, in militiam mittunt, qui, ut & alii pleriq;, diutius caſtra non ſequuntur, quam ubi aliquam adhuc prædæ ſpem ſupereſſe norunt, qua deficiente, continuo domum repetere ſolent. Quod Sinan Baſſa anno præterito in VValachia expertus eſt; ubi plærique ex militibus leviter & peſſime veſtiti, alii induſiis ſolum tecti, nec contra rigorem hyemis ſatis muniti, ne frigore & fame perirent, ab initio ſtatim, ubi prædæ nihil amplius ſupereſſe cognoviſſent, ipſum deſeruerunt. Cum vero Alba Græca diſcedens Conſtantinopolim verſus iter teneret, omnes fere ipſum comitari voluerunt, & difficulter à Ducibus in prœſidiis retenti ſunt. Dixi de militibus propriis; nunc de auxiliariis nobis dicendum erit. Omnium igitur quos Turca in auxilium evocare ſolet, primi copioſiſſimi, & fere unici ſunt Tartari. Quorum noticiam perfectam cum non omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

habeant, ego eam ea fide tradam, qua & ſuperiora à me propoſita ſunt, & quæ adhuc dicenda reſtant, proponentur. Qua in re ſolummodo hominum fide digniſſimorum, & qui diu inter ipſos verſati ſunt, ſequar judicium & relationem, omnibus fabulis, quas nonnulli de illis finxere, ſepoſitis. Adjiciam quoque de Circaſiis, qui ab ipſis aliquo modo dependent, de Curdis, Druſis, & Arabibus nonnulla ſcitu digniſſima.

Tartari vel *Tattari* inde dicti putantur, quod reliquiæ eorum Iſraëlitarum, qui ultra Mediam, quæ tunc inculta jacebat, tranſportati fuerunt; quod vox *Tartari* in lingua Syriaca apprime denotare videtur. Gens autem populoſiſſima eſt & varia. Nos de iis tantum loquemur, quos ad rem & propoſitum noſtrum facere cenſebimus. Hi regem habent, cui parent, qui in Taurica Cherſoneſo moratur, eorumque alii in Europa, alii intra Aſiæ fines & Mæotidem paludem (vulgo *mar delle Zabacche*) Tanaim & Volgam (quæ *Rha* olim) habitant, Mengreliis & Circaſſiis vicini, qui omnes *Nagajenſes* vocantur. Alii vero qui partem ulteriorem Volgæ intra Moſcoviam, mare Caſpium (nunc *mar di*
Baccu

Baccu dictum) & Georgianos incolunt, partim Moſcoviæ duci ſubjecti ſunt, partim ſua fruuntur libertate. Nonnulli Turcico parent imperio, ubi *Demir capi* eſt, quondam *portæ Caſpiæ* dictæ. Tartarorum autem Rex, cujus non ita pridem mentionem fecimus, *Tartarus Cremii*, quæ eſt metropolis Imperii, appellatur, licet plurimum in eo Tauricæ Cherſoneſi loco, ab illis *Iegnibazca*, à Polonis & Ruſſis *Peropska* dicta, reſideat. *Cremum* vel *Crimeum* urbs extra Cherſoneſum, ſita eſt ad eam foſſàm, quam olim, cum Iſthmum perfodere, & Tauricam in Inſulæ formam redigere cogitabant, excavarũt. Vnde Poloni & Ruſſi eos *Præcopitas*, à *Procop*, quod foſſionem ſignificat, denominare ſolent; ſecus quam alii ſtatuunt, qui à rege quodam *Procobio* ſic vocatos eſſe putant. Errant tamen qui eam foſſam recenter factam eſſe aſſerunt, quod ex Herodoto liquet, qui *Cremni* emporii in ſua Melpomene meminit. Regum Tartarorum titulus eſt *Han*, quod herum ſeu Dominum denotat. minus recte à quibuſdam *Chan* ſcribetur, niſi Italorum & Germanorum in aliquibus vocabulis pronuntiationem aſperiorem ſequi velint. Poloni eum *Zar* ſeu

Caſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Cæſarem vocant: ejus familia *Kirei* di-
citur; unde nata ſunt nomina Princi-
pum, qui non ita pridem adhuc vive-
bant, videlicet *Mehemet Kirei Han*,
Islam Kirei Han, *Aſſan Kirei Han*:
rex qui nunc rebus præeſt, *Alip* voca-
tur. Ea pars Cherſoneſi quam mare
nigrum uſque ad Boſporum Cimme-
rium & introitum Mæotidis alluit
Turcæ ſubjecta eſt; quæ vero Mæoti-
dem attingit, & in meditullio ſita eſt,
ad Tartarorum Han ſpectat, licet mul-
ti Chriſtiani Græcos ritus obſervantes
ibi quoque habitent. Hos, quos modo
recenſui, Tartaros peſſime timet Moſ-
covitarum Dux, propter ſubitas eo-
rum & improviſas excurſiones, & de-
prædationes, quibus obvia quævis de-
vaſtare, incolas captivos abducere, &
Turcis aliisve vendere ſolent. Anno
cIↄIↄLXX ipſam urbem Moſcoviam
combuſſerunt. In majori vero metu
& periculo verſaretur, ſi quando ipſi
ex ditione ſua alio diſcedendum eſſet.
Eos vero qui ad Aſiæ oram ſunt, im-
pedire poteſt, ne Chriſtianis damnum
inferant, impediendo eos, ne Volgam
tranſeant. Quare ſæpius jam factum
eſt, ut numero pauciores in bellum
Vngaricum profecti ſint, quam com-
munis de ipſis rumor & fama fuerit.
Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Qui Muſcovitæ obediunt, *Caſan Aſdrahan* & *Citrahan* vocantur. hi nihil ad noſtrum propoſitum faciunt. Illis, quos dixi in Europa intus & extra Tauricam ad Mæotidem, & ad Euxinum pontum habitare, Moſcovita ſine Polonorum auxilio reſiſtere non poteſt. Coguntur enim neceſſario horum ditionem attingere, ſi iter ad urbem Simolenſcho, vel aliud ad Tanaim vel Mæotidem ducens, tenere volunt, quæ aſperrima, longinqua, & propter fluvios & paludes difficillima ſunt. Hi ipſi quondam *Sarmatæ* Europęi & Aſiatici ab antiquis dicebantur, qui tamen Scythiam cum Sarmatia ut plurimum confundere ſolebant.

Tartarorum arma ſunt, machæra & arcus. ſagittarum lignearum copia cum deſtituantur, eas ex calamis, quibus abundant, conficere ſolent: acutiſſimæ ſunt, quibus hoſti nocere tum propellendo & invadendo, tum etiam à tergo ejaculando, & fugam ſimulando, optime norunt. Illorum belligerendi ratio latronum incurſionibus quam veræ & legitimæ militiæ ſimilior. Omnes equis vehuntur; qui exigui & parvi ſunt, ſoleis carentes. In harum vicem clavum curvum in uno pede ipſis infigunt. Vbi glacies ſuperanda

randa eſt, animoſi ſunt, laboribus ir
exhauſti, & perferendis incommod
maxime idonei.

In bello Turcæ Tartarorum ope u
conſuevere, quod eandem cum ipſi
habent originem, & ejuſdem ſuperſti
tionis Mahumetanæ ſunt aſſeclæ. Ve
rum alia cauſa ſubeſt, his gravior, n
ſcilicet contra Turcas ſocietatem cun
ipſorum hoſtibus ineant; quo nomin
valde ipſos metuunt. Siquidem facili
me Conſtantinopolim uſque cum co
mitatu immenſo excurrere poſſunt
priuſquam fama ea de re ad Turca
pervenire, vel ipſi contra eorum im
petum juſtos defenſionis adparatu
facere poſſint. Quod idem Solyman
num Imperatorem veritum eſſe, ex e
conſtat, quod ipſemet in concilio quo-
dam de iis Principibus, qui damno ali-
quo Imperium Ottomannicum affi-
cere poſſint, habito, id faſſus eſſe dica-
tur. Hinc omnibus officioſis ſtudiis
& beneficiis eos ſibi demereri & con-
ciliare ſtudent, cognatione eos ſibi
jungunt, (Solymanni enim mater
Tartara fuit natione, Mehemetis Ki-
rei filia) contributiones multaque ipſis
dona conferunt. Vnde belli tempore
Turcis ſatis care conſtat Tartarorum
militia, quibus tantundem donare co-
guntur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

guntur, quo & ipſis eorumque conjugibus & liberis quos domi relinquunt ſatisfieri queat. Verum ut majori cum ſecuritate ipſis fidere poſſint, prӕter beneficia, quibus ſibi eos obſtringunt, etiam nolentes ſibi obedire cogũt. Tempore enim Solymanni eo adacti ſunt Tartari ſub Seda Kiereo ipſorum Principe, ut aliquo modo Imperium Turcicum revereri & recognoſcere cogantur. His ipſis Tartaris etiam Moſchorum Princeps & Polonus, ut ab ipſorum excurſionibus & deprædationibus, quas tempore meſſis facere conſueverunt, ſecuri atque immunes ſint, dona quædam mittere ſolent. Moldaviæ Princeps licet Turcæ tributum pendat, inſuper tamen Tartarorum dominium aliquo modo reſpicere & venerari cogitur. Tanti igitur Tartarorum amicitia à Principibus vicinis fieri ſolet, quanti Helvetiorum confœderationes & ſocietates à Principibus illis finitimis merito fieri videmus. Sed cum variis itineribus expeditiones ſuas poſteriores in Hungariam ſuſceperint, & in poſterum ſuſcepturi fortaſſe ſint, non abſurdum neque inutile futurum puto, ſi vias præcipuas, quæ illos ex patria in Hungariam ducant, oſtendero, ut Chriſtiani

proceres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

proceres eos tanto facilius vel impedire, vel ad minimum remoram quandam ac frenum ipſorum furori & repentinis incurſionibus injicere queant.

Vt Tartari Turcico ſeſe exercitu conjungant, ditiones Poloniæ neceſſario attingere coguntur, quæ vel habitatæ & cultæ ſunt, vel deſertæ. Inter habitatas refero Ruſſiam & Podoliam quæ ipſis ad latus dextrum ſitæ ſunt. Subita quadam irruptione infra Premisliam valles illas attingere poſſunt quæ recta eos in Vngariam ſuperiorem ducunt. Sed hac via facilime Poloni, Tranſylvani, & exercitus Imperatoris noſtri, illis, quo minus ſuſceptum iter perficiant, reſiſtere poſſunt. Poſſunt etiam *Sambur* urbem petere, vel Transſylvaniam propius attingere. Verum hæc via omnium eſt difficiliima. Per regiones deſertas duæ ipſis patent viæ; una quæ à mari eſt remota, altera quæ vicina. Si priorem tenent, fluminis Neſtri curſum ſequuntur in Moldaviam uſque: Inde per mediam Valachiam proficiſcentes ad *Severinum* (quod ita à noſtris ob memoriam Imperatoris Severi nominatur) perveniunt. Verum eo itinere Poloni pariter & Moldavi cum Valachis

chis eos impedire poſſunt. Priusquam Severinum cum ditione finitima infeſtum ſibi atque alienum haberent, iter multo brevius ſecundo Danubii fluvio incedentes conficere poterant. Verum Tranſylvano & loco illi & regioni adjunctæ imperitante, ubi illius fluvii curſum ſequi vellent, armis viam ſibi aperire cogerentur, quod æque ipſis foret difficile, quam ſi terra proficiſcerentur. Vbi poſterius iter, quod ad mare propius eſt, ſequi volunt, ad fluvium Neſter (*Tyram* quondam vocatum) ſe conferunt, quem prope Achermanum trajiciunt, quæ Polonis *Bialograd*, Moldavis *Cittat alba*, Vngaris vero *Neſter Alba* dicitur. Eſtque Sangiachatus Turcicus ad fluvium Neſtrum (errant igitur qui ad Iſtrum ſeu Danubium eum collocant) ſitus, non procul diſtans à Sangiachatu Benderæ, quem Moldavi & Poloni Teginam vocant. Vrbs eſt in Moldavia ſita, quam Aaron ejus regionis Princeps Turcis conceſſit, quod ſe à rebellionis crimine, quod contra Turcas in bello admiſerat, quod etiamnum viget, purgaret. Per hoſce duos Sangiachatus Tartari bifariam Vngariam attingere poſſunt. Aut enim Pruto & Sereto fluviis trajectis in Valachiam irruunt,

aut iis fluviis relictis in Bulgariam Turcæ provinciam, copias ultra Danubium traducunt. Hæc poſterior via licet omnium maxime ſecura & commoda ſit, difficultatibus tamen non caret, ſiquidem ipſimet Turcæ nunquam non gravate Tartaris per ſuas ditiones (quas ne devaſtent & deprædentur metuunt) tranſitum permittunt. Prima vice qua in expeditionem in Vngariam profecti ſunt, iter Præmisliam verſus inſtituerunt: in reditu Severini cœnobium petierunt: ſed cum à VValachis & Tranſylvanis damna ſæpius maxima in tranſitu accepiſſent, ut tanto commodius & facilius domum repetere poſſent, ultimam viam, quam dixi per Bulgariam eſſe, ingreſſi ſunt.

Præter eas quas modo enumeravimus Tartarorum gentes, alii quoque ejuſdem nationis reperiuntur, qui *Gibeli* vocantur, quorum ad plurimum ſunt 2000. machæra, arcu, galea, & lorica in bello utuntur, unde *Gibeli*, id eſt, loricati dicuntur. In Dobrucia provincia ultra Danubium ſita, habitant ad ruinas Muri, quæ in Sogdiana regione ab urbe Siliſtria, Conſtantiam uſque, quæ eſt ad Pontum Euxinum, pertingunt. Hic murus

rus ab Imperatoribus Græcis quondam ædificatus dicitur. Hoſce Tartaros Turcæ ſæpiſſime in bellum vocant, ut aliis perſuadeant Tartaros Grimæos ſibi auxilio veniſſe. In eundem finem ſæpius paucos iſtos, qui in ultima Muldaviæ parte, intra Neſtrum & Danubium fluvios, in Sangiachatu Benderæ & Achermani habitant, quorum ſuperius mentio facta eſt, auxilio ſibi venire compellunt, ut timorem in noſtris & rumorem de ſuis viribus augeant. Et hæc quidem hactenus de Tartaris dicta ſunto; de quibus hoc unicum adjiciam, quod memoria & conſideratione digniſſimum eſt, videlicet Tartaros Europæos, qui Romanorum tempore in Perſiam per *Demir Capi*, (id eſt, per portas ferreas, per quas Alexander Magnus ad Georgianos tranſiit) copias traducere ſolitos eſſe, quorum veſtigiis noſtra memoria Oſman Baſſa inſtitit, & eadem via in Perſiam tetendit. Semper enim eo animi & virium omnes intendit nervos, ut Domitium Corbulonem, & Pompejum Magnum, de quibus Tacitus & Dio prolixe ſcribunt, & alios viros bello claros magnitudine rerum geſtarum non modo imitaretur, verum etiam ſuperaret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Circaſſi, quondam *Zigæ* dicti, à Polonis *Piens Corſchii*, id eſt, incolæ quinque montium, vel quinquemontani dicuntur. Horum ditio Cimmerio Boſporo, Mæotide & Euxino ponto ſepta, Caſpium mare non attingit, ut falſo nonnulli opinati ſunt. Quidam eorum ſunt liberi, reliqui Tartaro Grymeo parent: Græcorum ritus, variis ſuperſtitionibus mixtos obſervant. Turcis ſuam operam pecunia elocant, paupertate coacti; ſeque invicem vendunt, & in ſervitutem aliis tradunt, quod non raro inter ſe quoque bella movere, & ad arma concurrere ſoleant, tum etiam quod Mengreliæ vicini ſint, & *Aſap*, Turcicum propugnaculum ad oſtium Tanais, non procul diſtet. Strenui ſemper & ingenioſi habiti ſunt. Tempore Sultanorum, qui in Aegypto regnarunt, plerique Mamaluchorum ex ea gente originem trahebant, unde Mamaluchi à Turcis *Zercas* vocati ſunt. In Circaſſia non ita pridem magna clade à Coſaccis affectus eſt Oſman Baſſa, cum redux è Perſia Conſtantinopolim contenderet, & tranſiiſſet Phaſin fluvium Mengreliæ ſeu Colchidis, quæ eſt ad Pontum Euxinum in Trapezontis confinibus, qui propter Vellus

aureum

aureum celebris habetur, quem Pompejus fugientem inſequens Mithridatem tranſire, præ metu Circaſſiorum & populorum vicinorum, non eſt auſus. Huc uſque de Tartaris & Circaſſiis.

Solet Turca non raro *Curdos* ſeu *Gurdos* ad belli ſocietatem evocare. Hi Mahometani ſtrenuiſſimi ſunt, libertate fruuntur; Babyloniæ Provinciæ, quæ hodie eſt *Bagadat*, eam partem incolunt, quæ *Curdeſtan* ſeu *Chaldæa*, Arabibus vero *Keldan* dicitur. Hos maximo damno aliquando Turcico futuros imperio nonnulli arbitrantur, quod periculum eidem à Druſis (qui milites ſunt Libani montis accolæ) & Arabum extorribus imminere exiſtimant. Sed meo quidem judicio Imperium hoc potentiſſimum parum ſibi ab illis timere debet. Nam primi regiunculam perexiguam poſſident, ſecundi numero pauciſſimi ſunt. Tertii latrones ſunt, nullo ordine in militiam proficiſcentes.

Quo armorum genere Turcæ utantur.

SPahi Europæi, ut eminus hoſtem lædant, lancea pura & pomo ferreo utuntur. Vt cominus feriant, cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

vum ferreum, quem *Pusdogan* vocant, & machæram geſtant. Hoc armorum genus Perſis quondam in uſu fuiſſe Xenophon ſcribit. Turcæ illud *Cedare*, Arabes *Seife*, Germani *Sabel*, à voce Vngarica & Sclavonica *Sabla* nominant. Alii etiam ſecures & ſicas ferunt; alii peltas & ſcuta. Reliqua corporis membra armis non cooperiunt. Tormentorum uſum non habent, multi ſagittas & tela tantum in hoſtem tendunt. Qui in Croatiæ & Vngariæ finibus militabant, plerique thoracibus ferreis & lorica induti fuerant. Sed hi fere omnes in militia periere. Qui his ſucceſſerunt, nondum huic armorum generi aſſuefacti ſunt. Ianizari omnes & nonnulli Aſappi tormenta tractant, ſed non ea dexteritate qua noſtri ſolent. Acanzii, Spahoglani, Chiauſſii (qui Turcarum legati ſunt) aliique equites aulæ Turcicæ, arcu & ſagittis, alii lanceis Aſiaticis pugnant. Peditatus fere omnis galeas non geſtant, ſed machæris & gladiis Græcorum more accinguntur. Equites Aſiatici ſariſſis quoque utuntur, alii ſagittarios agunt: Ephippia exigua habent, de quibus facile deturbari poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Miniſteria varia in exercitu Turcico.

IN exercitu Turcico diverſi ſunt miniſtri & officiarii, qui varia obeunt munia. *Gibegi* ſunt qui arma componunt & tergunt. *Topichi* vocantur machinarum & tormentorum magiſtri, è quibus nonnullis ſtipendia ſolvuntur. Alii ſine ſtipendiis aliunde multa corradunt. Armeni foſſores & munitores ut plurimum ſunt, & apud Turcas ea præſtant quæ caminorum purgatoribus apud nos committuntur, inde per ludibrium *Bocgi* vocantur. Exercitum quoq; ſequuntur multi *Voinici*, quod lingua Sclavonica bellicoſum ſignificat, quod in bello quondam ſtrenuam operam navarint. Hi ruſtici ſunt, in Servia & Bulgaria habitantes; & Græco more viventes, quosvis labores ſubeunt. Sunt & alii pariter, qui ſponte ſua in exercitu vivunt, quos *Sarchor* nominant; foſſores agunt, & viliſſima atque abjectiſſima quæque perficiunt.

Navalia Turcici Imperatoris.

TVrcarum Imperator plurima habet navalia, quæ *Terſani* vocant. Præcipuum eſt Sinopoli, non procul Trabiſonda ſitum. Cõſtantinopoli 137 con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

concamerationes ſunt, navium uſibus deſtinatæ. In Midia & Anchiali Thraciæ urbe, ad Euxinum Pontum ſita, materia claſſis parandæ maxima abundantia aſſervatur. Triremes, & alia navium genera extruunt, ubi ligna & arbores abundant; ejus rei curam ut maxime navarchis committunt, quos *Raislari* vel *Raiſi* vocant. Malorum & ligni maximam copiam habent in ſinu Nicomediæ. In Aſia vero, Conſtantinopoli: è monte Ducagini per Drinum fluvium in Albaniæ urbem Liſſum, quæ hodie *Aleſſio* dicitur, arbores transferri poſſunt. Pars quoque Velonæ conſervatur, & Polonæ, ejuſdem Provinciæ urbibus, quarum hæc propter Auguſtum Cæſarem, qui ibidem literis operam dedit, Cajo Cæſare à conjuratis occiſo, celebris habetur. In Africa navale habet Poſidii, maris rubri urbe, ubi triremes quædam in ſtationibus habentur, quæ quondam contra Luſitanos, cum expeditionem contra *Diû* & *Ormuz* Indiæ urbes ſuſcepiſſent, extructæ ſunt: ſed parum hoc navale conducit, quod regio ipſa lignis careat. Vt vero eo, ex Bithynia & Caramaniæ ſecundo Nili flumine Cairum uſque, atque inde Poſidium (quæ hodie *Suez* dicitur)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

dicitur) camelis tranſportetur, multis difficultatibus & ſumptibus conſtat.

Turcarum in fabricandis navibus ea eſt negligentia, ut in cædenda materia, neque anni tempus, neque Lunæ curſum obſervent, ſed celeriter omnia & negligenter conficiant. Aſſerum (quibus teguntur) ſtructuras tam male inter ſe compingunt, ut vectores à pluviis & imbribus tuti non ſint. Vnde ipſæ triremes diu ſartæ tectæ manere non poſſunt. Picem duram & mollem habent Velonæ & Rhicinii, urbe ad ſinum Rhizonium (vulgo *Golfo di Catharo* dicitur) ſita. Durior è terra effoditur, mollior ex arboribus colligitur. Abundant ſevo propter boum & vervecum maximã copiam, quæ iis in locis reperitur. Canabi quod ſatis ſit non habent, unde velorũ quoque copia deſtituuntur. Eum defectum augent Sultanarum myoparones 30 & aliæ 18 naves, quas *Maone* vocant. Solent eas Alexandriam variis mercibus onuſtas emittere; quibus inſtruendis, permiſſu Imperatoris, quantum libet velorum, funium & aliarũ rerum neceſſariarum, ex navalibus depromunt. Tum etiam quod ii qui harum rerum curam gerunt, parum diligenter eas aſſervant, & furtim aliis divendunt, ut ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

aliquid lucri inde percipiant. Clavos ferreos raro nanciſci poſſunt; in quorum vicem ligneis quibuſdam peracutis utuntur.

Nautarum, quantum expedit, conquirere poſſunt. Ad eam artem *Aſappos* pręcipue aſſuefaciunt. Vbi vero numerum eorum ſupplere non poſſunt, Cretenſium opera utuntur, quorum plurimi ſemper verſantur Conſtantinopoli; atque aliorum Græcorum, qui hujus rei periti ſunt, nolentes etiam & repugnantes ad remos compellũt. Exercent quoque in ea re certum puerorum & ſervorum numerum, qui ſemper in navibus tam præſidiariis, quam aliis aſſervantur. Sed, quod maximi ponderis eſt, remigibus peritis deſtituuntur. Navis enim ſine nauclero nullum eſſe uſum conſtat. Neque ad ea munia Chriſtiana mancipia idonea ſunt, neque quæ ex Africa illis mittuntur. Tartaros vero, Perſas & Georgianos in mancipiorum numerum non recipiunt, ne imperium militare, quod totum penes mancipia eſt, ipſis committere cogantur; cujus rei ſuperius etiam mentionem feci, & parte tertia hujus libri de ea nobis dicendum erit. Imperant ſæpius, ut remigum onera & labores ſubeant Aſappi, atque alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

vilissimæ cõditionis homines: quibus, ut stipendia ſolvantur, tributum Chriſtianis Europęis, quod *Avariʒ* dicitur, impoſitum fuit, quod 300000 cechinorum ſummam faciebat, qui hodie in alios uſus impẽduntur. Vbi ſumma rerum ſic exigit neceſſitas, Armenios, Iudæos, & Chriſtianos vi remis affigere ſolent. Quam conſuetudinem Cicala ultimo imperii ſui maritimi anno ſecutus eſt. Ad inſularum Africæ, quæ *Barbaria* dicitur, cuſtodiam triremibus merent Spahi nonnulli, qui aliud ſtipendium non habent, quam Timarorum reditus: propterea prædas undiquaque & continuo agere ſolent. Vbi præter ordinarias triremes, aliæ quoque, puta ad 30 vel circiter, inſtruuntur & armantur, Ianizarorum præſidium illis imponitur.

Panem bis coctum maxima abundantia cõficiunt Epidamni, Naupacti, in Eubœa, & ad ſinum Theſſalonicenſem, in loco qui *Volo* dicitur; eo per Axium fluvium, qui hodie *Vardaxo* dicitur, omne frumentũ quod in Macedonia & Servia creſcit, ratibus defertur.

Rationes ærarii Turcici.

SI initio conſideremus, quantum uſus Timarorum Regno Turcico proſit, quidve utilitatis conferat, intelligemus,

mus, non facile reperiri Principem vel Monarcham cui Turcicus Imperator divitiis & potentia cedat. Siquidem ex ſolis Timaris ad 300000 hominum obſtrictos ſibi atque obligatos habet, ut quoties ipſi libuerit, & quo terrarum loco eos ire juſſerit, in bellum nullo Imperatoris ſumptu, ſed propriis impenſis proficiſcantur. Quod ſi tantam militum copiam alere, ipſiſque juſta ſtipendia ſolvere vellet, quot quantiſve auri cumulis atque acervis opus haberet, facile quivis judicare poteſt. Habet inſuper Turca duo *Gaſnad* (alii cum aſpiratione *Haſnad* pronunciant) ſeu theſauros, qui ærarium exterius peregrinum, & domeſticum ſeu interius vocantur. Illud decem auri milliones annuos habet in reditu, qui in ſumtus Regni, & in ſtipendia eorum, qui munera gerunt publica, atque alios uſus ad conſervationem Imperii neceſſarios, impenduntur. Hoc immenſos continet theſauros, quia omnia quæ Imperatori dona & munera ab aliis Principibus, Chriſtianis potiſſimum, dantur, tum etiam à ſuis ſubditis & ſervis, atque adeo à cunctis quibus aliqua coram ipſo negocia ſunt expedienda, hunc in locum conferri ſolent. Nemini enim vacuis,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

uod dicitur, manibus in ipſius conſpectum venire conceditur. Magnificentiæ id tribuunt; quod immenſam ſecum trahit utilitatem. Quod ſi quis penitus in omnes Turcarum actus oculos infigere velit, cognoſcet, eo ipſos unice intentos eſſe, quo aliunde ſimulate rapiant, ut Imperatori, quæ rapta ſunt, donent: ſic per eorum manus, tanquam per aquæductum quendam, omnes iſti theſauri hujus imperii diffluunt, ſeque in oceanum avaritiæ Imperatoris exonerant. In hoc quoque ærarium reditus Cairi, qui millionem auri excedunt, deponuntur. Hanc urbem Turcæ & Arabes *Miſzir* vocant, corrupta voce Hebraica *Mizraim*, quam quondam *Memphim* appellare ſolebant. Eodem confertur precium vel æſtimatio hæreditatum ab opulentioribus relictarum, quas pro ſuo arbitrio tractat, cum omnes mancipiorum omnium facultates in ipſius manu & poteſtate ſint: non etiam eorum, qui Turcæ naturales ſunt. Huc referuntur & confiſcationes, pœnæ pecuniariæ, quæ multæ & magnæ ſunt; tributorum, vectigalium atque ſalinarum reditus: decimæ omnium ſpoliorum, & prædarum, quæ terra marique acquiruntur; pecudum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

dum, frugum proventus, metalli fod-
narum, quæ multæ ſunt & diverſiſſi-
mæ in Servia, unde argenti provinci-
dicitur: in Boſnia prope *Iaiza*, in Ma-
cedonia & aliis in locis. Hi reditus o-
mnes inæſtimabilem auri vim faciunt
prout Imperatorem ſua trahit avari-
tia, vel miniſtri diligentes ſe & avido
in extorſionibus & exactionibus præ-
bent. Eſt & aliud tributi genus, quod
Chriſtiani modo ſolvere coguntur, vi-
delicet pro ſingulis capitibus, ubi 1.
ætatis annum attigerunt, Sultaninum
unum: inſtans tamen bellum Vngari-
cum fecit, ut tributum illud auctum
ſit. Turcæ ex lege Mahumetana ab e-
juſmodi tributis eximuntur, ſed in eo-
rum vicem quilibet 25 aſpros ſolvit
quod *donum* vocant. Reperit Mahume-
tes in ſuis ærariis vim auri immenſam
à patre Amurathe congeſtam. Qui
omnium avidiſſimus habendi, & fere
ſordidus in corradenda pecunia; con-
tra in expenſis & largitionibus atque
muneribus parciſſimus ſemper fuerat.
Vnde etiam flores horti ſui divendi, &
pecuniam inde colligi volebat. Debito-
ribus nunquam ſatisfaciebat: Militibus
dona & congiaria fere nulla aut per-
exigua conferebat; quod inuſitatum
plane & contra morem & conſuetudi-
nem

nem hujus imperii eveniebat. Vt bre-
viter dicam, in omnibus impẽſis, quo-
tidianis æque atque extraordinariis,
reſtrictiſſimus, & ad exactam ratio-
nem diligens erat, exceptis iis, quas in
ſuas pellices faciebat, quas nunquam è
ſuo amplexu niſi inſigni aliquo mune-
re donatas, vel precioſa gẽma ornatas,
diſcedere volebat. His omnibus ad-
jungi quoque poſſunt (horret animus
dicere, & oculi vix lachrymas compri-
munt) tributa, vel, ut honeſtiori vo-
cant titulo, *recognitiones*, quas Princi-
pes Chriſtiani Turcico Imperatori pẽ-
dunt: quarum recordatio ſola, & me-
moria, animos ipſorum juſta ira & in-
dignatione contra iniquum hunc &
barbarum Tyrannum accendere &
inſtigare deberet; quo tandẽ aliquando
jugo hoc excuſſo, conjunctis viribus &
opibus, ad gloriam Chriſti, ad ſuorum
ipſius ſalutem vigilẽt, & ſumptus hoſ-
tile in ipſius Tyranni perniciem atque
ruinam impendant atque collocent.

In Vngaria Cæſar, ut pace frueretur,
Turcæ ejus regni nomine, ſi recte
memini, ſolvebat 45000 talerorum.
Vaivoda Moldaviæ ſolvit 31 ſommas
aſprorum. Somma autẽ unica 100000
aſprorum conſtabat, qui 2000 coro-
natos faciebant, eo tempore quo tri-
butum

butum illud imperatum fuit. Coron
tus enim tunc 50 aſpros valebat, nun
plus 100 valet. Idem Tartaris ſolv
carros, quorum quiſque 4 bobus tra
hitur, melle onuſtos, & 50 equos. Se
forſitan ex novis conventionibus &
pactis hodie plus vel minus ſolvit
quod me latet. VVaivoda VValachi
priuſquam Tranſylvano ſe conjunxit
50 ſommas aſprorum pendebat. E
hoc ex ipſis Moldaviæ & VValachi
commentariis excerpſi, quæ diverſ
eſſe ab aliorum, qui ea de re ſcripſe
runt, opinionibus, ſcio. Tranſylvanu
ante bellum quod nunc geritur 1500
cechinos ſolvebat. Reſpublica Ragu
ſienſis (quæ *Epidaurus* quondam di
cta) 12500 cechinos ſolvit. Reſpublica
Veneta proprer inſulam *Zante* (olim
Zacynthum) 1000 cechinos. Moſco-
vita Tartaris, qui in Taurica Cherſo-
neſo habitant, munera quædam con-
ferre ſolet, ut ipſorum excurſiones im-
pediat, quas vel proprio motu vel in-
ſtigati à Turca in ejus regiones facere
ſolebant. Polonus miſit Turcæ anno
1591 pelles Scythicas, (*Zibellinæ* vulgo
dicuntur) quæ 25000 coronatis æſti-
matę fuiſſe dicebãtur. Sed non eſt cen-
ſus annuus, ut quidam referunt. Tar-
taris annuatim certam pecuniæ ſum-
mam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nam ſolvit, qua machæras & veſti-
menta comparent, idque ex veteribus
quibuſdam pactis, ut habent Polono-
rum Annales. Hæc autẽ munera Tar-
taris, priuſquam cum Turcis ſocieta-
tem inirent, ſolvi à Principibus, quos
nominavi, conſueverant. Eaque etiam
hodie pendunt, quo ipſimet Turcæ
gratum faciant. Sunt porro etiam alia
tributa & dona quæ Principes Afri, &
Arabes atque Georgiani, aliique Turci-
co Imperatori tribuunt: ſed ea exigui
ſunt momenti, & ad noſtrum propo-
ſitum nihil faciunt, ideoque ſilentio
præterire volui. Tandem & alia quam
plurima dona ſunt, quæ extra ordinem
Principes, quorum ſuperius memini,
in miniſtros hujus barbari Tyranni
faciunt, ut eos ſibi concilient. occaſio-
ne & neceſſitate id requirente, etiam
ipſi Imperatori ſuo profuſe & liberali-
ter donare coguntur, ut vel in ejus ſe
gratiam inſinuent, vel conceptum
erga ſe odium & iram leniant. Præ-
terea omnes ii, qui aliquod ambiunt
officium & munus, vel qui è provin-
ciarum adminiſtratione, vel expe-
ditione domum redeunt, res precio-
ſiſſimas Imperatori offerre, quaſi ex
debito quodam tenentur. Hunc in fi-
nem omnia, quæ donantur munera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

publice & in conſpectu omnium c
ferri vult, ut hoc barbaro faſtu, ſubd
torum ſuorum & peregrinorum an
mos ad largiter donandum accenda

XI.

SERIES IMPERATORVM TVRCICORVM;

Ex annalibus Turcicis à Leunclavio editis, atque aliis ſcriptoribus.

PRIMVS apud Turcos re
rum potitus eſt *Oſman*, filiu
Ertuculis, (quem Laonicu
Ortogulem vocat,) nepo
Soleimanis Scachi, &c. è familia Ogu
ziorum, quæ ſucceſſione perpetua re
rum apud Parthos potita fuit; & poſt
quam Mahumetanam religionem fui
amplexa, dominatus ſui ſedem in
Machanenſi civitate conſtituit. Huic
ſicuti & filio & nepoti, *Gazi* cogno-
men additur, quod ſtrenuum mili-
tem ſonat. Initium principatus illiu
referunt ad annum Chr. 1300; quum
nimirum magnam Bithyniæ partem
vicinæque ponto Euxino regionis, de-
cennio integro poſt obitum patris, in
poteſtatem redegiſſet. Is Chriſtiani
eripui

eripuit Nicæam, quam Turci vocant Iſnicam; & Pruſam, quæ hodie Burſa vocatur; itemque Neapolim, quam ipſi Geniſcheher appellant. Obiit anno Chriſti 1328.

Vrchanes ſucceſſit patri in Imperio. Is deditione accepit *Caraſen*, id eſt, Myſiam; *Coſre* ſive Caryſtum; Pergamum; *Edremit*, id eſt, Atramyttium, Troadis antiquæ oppida. *Vlubot*, noſtris Lupadi. Hujus autẽ filius Soleimanes baſſa primus in Europam trajecit, ſuperato Helleſponto, & caſtrum Zemenicum, ut ipſi, vel Chiridocaſtron, ut Græci vocant, inopinato cepit; & mox Madytum; atque Calliupolim, ſive Gallipolim. Obiitque duobus ante patrem menſibus anno Chriſti 1358.

Succeſſit in Imperio paterno Gaſes *Murates* Chan. Hic Hadrianopolim deditione accepit, aliaſque res magnas tam in Europa quam Aſia geſſit. Præfuit Imperio annis XXXII, anno Chriſti 1390 in planicie Coſovæ quæ eſt inter fines Raſciæ, Bulgariæque, fraude cæſus.

Bajazites Gilderun (Iacupe Zelebim fratre à proceribus, ut volunt, necato) patri in Imperio ſucceſſit. Is Sarchaniam, maritimam Ioniæ regionem, Imperio adjunxit; Hungaros ad Nico-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

polin cecidit; Armeniam invaſit; Siliſtriam & Empolim cepit. Bulci Serviæ deſpotæ filiam duxit in uxorem; dein Iconium in poteſtatem accepit, aliaſque urbes illius regionis. Hactenus omnia proſpere ipſi ceſſerant, quum Temir Chanus in ipſum movit; à quo ingenti prœlio ſuperatus & captus fuit; & ferreæ caveæ incluſus, poſtmodum ſibi ipſi mortem conſcivit anno Chriſti 1403, poſtquam quatuordecim annos imperaſſet.

Soleimanes patri in Imperio ſucceſſit, Hadrianopoli inauguratus anno 1404. Hic nihil dignum memoria geſſit, ſed perpetuis conviviis & compotationibus deditus, à fratre Muſa, qui Romaniam jam ante occupaverat, inopinato obrutus, ab vici cujuſdam incolis, ut volunt, fuit necatus anno 1411.

Poſt hæc de Imperio inter Muſam & Muchemetem, qui hactenus Amaſiæ ſe continuerat, certatum; donec tandem Muſa in poteſtatem fratris venit, à quo ſtrangulari juſſus, poſtquam annis III Imperium crudeliter adminiſtraſſet.

Muchemetes Sultanus, fratre occiſo, Imperium auſpicatus fuit anno 1414, & obiit anno 1422.

Mura-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Murathes patri in Imperium ſucceſſit. Huic multum negotii fuit cum Duſme Muſtapha, qui ſe Bajazitæ filium mentiebatur, ad quem fere tota Romania defecit; ſed tandem quum in manus Murathæ fuiſſet traditus, laqueo vitam finivit: atque ita Murathes quieto Imperio potitus fuit anno 1425; ſublato quoque paulo poſt fratre ſuo Muſtapha; qui turbas dederat in Anatolia. Hic Theſſalonicam Venetis eripuit; dein duxit in uxorem Mariam, Georgii Serviæ deſpotę filiam, Ioannis Græc. Imper. neptem, ann. 1435; è qua nullos filios ſuſcepit. Pugna Varnenſi memorabili inprimis Hungaros cecidit, in qua Ladiſlaus periit; anno 1444; quum ante anno 1442 ſponte Imperio ſe abdicaſſet, idque filio ſuo Muchemetæ tradidiſſet: verum illud rogatu procerum reſumſit anno 1445; & memorabilem victoriam, non tamen incruentam, à Chriſtianis reportavit, in planicie Coſovæ, ann. 1448; obiitque anno 1450.

Muchemetes II patri ſucceſſit. Hic anno 1453 IV kal. Iun. Conſtantinopolim cepit & diripuit; itemque Trapezuntem; & Comnenorum principatum evertit. Leſbum inſulam, vulgo Mitylin, occupavit anno 1462.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Bozinam, Raſciam, magnam Serviæ partem obtinuit, inſigni fraude juxta ac crudelitate Bozinenſi Duce excoriato: itemque Albaniæ partem longe maximam. mox & Negropontum ſubjugavit, quæ inſula Turcis Egripos dicitur: Vſun Caſſanem inſigni clade affecit: an. 1474 Capham, ipſis *Cofe*, in Taurica Cherſoneſo cepit; inſignem cladem à Moldavis; itemque alteram ab Hungaris anno 1480 perpeſſus. Rhodum fruſtra tentavit. Obiit anno 1481.

Bajazites II ſucceſſit patri in Imperio. Huic primum negotium faceſſit frater Sultan Zemi; ſed uno atque altero prœlio à fratris ducibus victus in Rhodum profugit, atque inde in Italiam venit; tandemque veneno ab Alexandro VI Pontifice R. propinato interiit. Bajazites autem acre bellum cum Sultano Alcairenſi geſſit; à quo & bis terve copiæ Turcorum magna clade fuerunt profligatæ; pax tamen poſtea reformata ann. 1491. Hic & Venetis bellum intulit, Naupactum cepit, itemque Methonem & Coronen, (vulgo Modon & Coron,) anno 1500. Bellum quoque ipſi cum Parthis fuit vario eventu. Anno autem 1511 filius illius Selymus in ipſum moliri

cœpit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

cœpit, & prœlio cum patre congreſſus, ſuperatuſque, Coſen aufugit; ſed poſtea reverſus patrem Imperio ſe abdicare compulit, anno 1512; atque ita Bajaſites paulo poſt expiravit, ſcelere filii ſublatus, ut conſtans fama eſt.

Selymus, patre de medio ſublato, cruentum imperium fuit auſpicatus; primumque fratrem Corcutem, mox & Achmetem, necì dedit anno 1513. inde expeditionem adverſus Iſmaëlem Perſam ſuſcepit, eumque magno prœlio vicit; Tebriſium cepit, itemque Camachum. Inde Ianizaris tumultuantibus, in baſſas ſuos ſæviit. Poſtea altera in Parthos expeditione ſimulata, adverſus Sultanum Alcairi ſe convertit, qui noſtris Campſon Gaurus dicitur, Turcis Canſavi Gauri; huncque prœlio vicit, in quo ipſe Sultanus occubuit; & Mamelucorum imperium evertit atque ad ſe tranſtulit, capto Alcairo, & Tommanbaio qui Gauro ſucceſſerat ſuſpenſo, anno 1517. Obiit denique è peſtilenti carbunculo, eo ipſo loco ubi cum patre conflixerat; anno 1520.

Soleimanes II patri ſucceſſit: is ſtatim initio Imperii Chriſtianis Albam Græcam eripuit: dein Rhodum obſedit, & deditione accepit anno 1522.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Inde inHungariam progreſſus memorabili clade Ludovicũ Hungar. R. cecidit;& Budam nullo negotio expugnavit, anno 1526. Viennam irrito conatu tentavit anno 1529. Iterumque Auſtriam fruſtra incurſavit anno 1532. Tuniſinam urbem in Barbaria per Chairadinem cepit, anno 1534. Inde rurſus bellum Perſiæ Scacho Tamaſæ movit, cepitque Tauriſium; verum dum hyberno tempore ſe reciperet, magnam partem exercitus amiſit; & Tauriſium à Tamaſe fuit recuperatum: rurſuſque deſertum; & ſecundo à Turcis captum, & miſere incendio fœdatum; quod tamen haud impune tulerunt, à Perſa in receptu maxima clade affecti. Bagdetina tamen regio tunc Perſis erepta fuit. Hungariæ quoque magnam partem, quam Ioanni Zapolienſi attribuerat, ipſo mortuo, pupillo eripuit Soleimanus;& deinceps Strigonium, vulgo Granum;& Albam regalem Chriſtianis eripuit, ann. 1544. Cum domeſticis calamitatib⁹ vel maxime cõflictatus fuit Soleimanus, nam à Roxolana conjuge & Ruſteme Vezirio variis ſuſpicionibus in Muſtafam filium accenſus, eum coram ſe à mutis ſtrangulari præcepit; Ziangir minimus natu filius fratris nece conſpecta

manus

manus ſibi ipſi attulit; nec multo poſt Muſtafæ filio Murati gula fracta: nec hic finis tragœdiarum fuit; filii illius Selymus & Bajazites ipſo ſuperſtite de ſucceſſione in imperium armis certare cœperunt; victuſque Bajazites ad Perſam confugit, ibidemque, ſic poſtulante patre, cum liberis ſuis fuit ſtrangulatus. Ipſe denique in obſidione Zigethi in Hungaria obiit, anno 1566, poſtquam Imperio XLVI annos & VI menſes præfuiſſet.

Selymus II jam XLII annos natus patri ſucceſſit; qui Venetis Cyprum abſtulit, aliaque graviſſima damna intulit, anno 1570, & ſequentibus. Inſignem ipſe cladem accepit claſſe ſua ad Naupactum, hodie Lepanto, cęſa, anno 1572. Obiit anno 1575.

Murates III patri ſucceſſit, ipſoque Imperii initio quinque fratres ſuos coram ſe necari fecit. Dein bellum in Perſas movit, & varia fortuna geſſit; nam magnas aliquot clades accepit, & multa ſuorum millia in variis prœliis deſideravit, plures tamen inedia & peſtilentia fuerunt exſtincti: Beglerbeatibus interim aliquot ſumma vanitate in Georgianorum finibus conſtitutis. Non minus anceps ipſi cum Chriſtianis certamen fuit, aliquot nobili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

bilibus cladibus acceptis, & induciis aliquoties factis & perfide ruptis. Obiit hic Princeps anno 1595.

Mechmetes III patri ſucceſſit, & ante omnia fratres ſuos, quos plures habebat, necari imperavit. Plura oppida à noſtris in Pannonia Turcis erepta. Obiit anno 1603, quum VIII annos regnaſſet, relicto impubere filio.

Achmetes I patri ſucceſſit, quatuordecim aut quindecim annos natus. Sub initium Imperii Perſa Tauriſium aliaque vicina loca non modo recuperat, ſed & Bagdaten, aliaque oppida ad confluentem Tigris & Euphratæ: & copias Turcicas magna clade afficit. Pax inter Imper. German. & Turcos tandem perfecta anno 1606. Sed novæ rebelliones in Aſia exortæ Imperatorem aliquandiu exercuerunt; quas ficti an veri fratris ludibria exceperunt. Obiit anno 1617, poſtquam XV annos imperaſſet.

Muſtapha frater Achmetæ ſuceſſit, ex longo & obſcuro carcere protractus, ob imbecillem Oſmanis ætatem; ſed haud multo poſt principales Portæ Oſmanicæ miniſtri ut Imperio inidoneum rurſus carceri manciparunt, & Oſmanem Achmetę filium in throno paterno collocarunt, anno 1618.

Oſman

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Oſman II, paternum imperium adiit menſe Febr. 1618. Hic pace cum Perſis redintegrata, in Polonos bellum movit anno 1621, magna ſuorum clade. In expeditione autem hac crebris Ianiſarorum ſeditionibus à re bene gerenda impeditus, ab ipſis abhorrere cœperat. Et conſilio Vezirii Damaſcum ſe conferre, & aliud militiæ genus inſtituere velle credebatur; & ut conſilia ſua celaret, peregrinationem ad Mechmetæ ſepulchrum voviſſe ſimulabat: Iamque pretioſiſſima quæque convaſerat, & ſecuritati urbis terra marique proſpexerat, quum prætoriani atque adeo omnis pene militia inopinato commoti, per ſeditionem primi Vezirii & aliorum principalium miniſtrorum, cædem poſcere inſtiterunt; atque aula Imperatoris effracta, primum Vezirium & Kiſlar trucidarunt: dein Muſtapham è tenebris in lucem protrahunt, Imperatoremque proclamant: & Oſmanem in carcerem ſeptem turrium condunt; ubi mandato Muſtaphæ fuit ſtrangulatus, anno 1622. Muſtaphas ob diuturnum carcerem mente non ſatis conſtabat; unde Imperium penes matrem illius & primum Vezirium Eunuchum aliquandiu fuit; donec milites Principis ſui tæ-

dere

dere cœpit, qui amoto rurſus Muſtapha, Murathem Oſmanis fratrem xv annorum juvenem ipſi ſurrogarunt, anno 1623.

Murathes IV, Oſmanis frater, in Imperio ſucceſſit. Porro ſpreta ſemel à militibus Imperii majeſtate, crebris ſeditionibus laborari neceſſe eſt; & Imperium ſenſim declinaturum, haud fruſtra prudentiores opinantur.

XII.

EX POLITEIA REGIA.

Magnus Turca.

TVRCA comprehendit ſuo Imperio præcipuas partes trium Orbis terræ partium. Habet enim in Europa totam maris oram, quæ à finibus Epidauri, ad fauces Tanais uſque excurrit, quicquid inter Budam & Conſtantinopolim, & à ponto Euxino ad hoc latus Savi uſq; eſt. Eo ſpacio comprehenditur melior Hungariæ pars, tota Boſnia, Servia, Bulgaria, Macedonia, Epirus, Græcia, Peloponneſus, Thracia, Archipelagus, cum ſuis inſulis. Tenet in Aſia & Africa id omne, quod ab oppido Belis de la Gomera

Gomera ad Alexandriam Aegypti: à Bugia ad Guargalam: ab Alexandria ad civitatem Syene: & ab Heroum civitate (quam nunc Suez appellant) ad Suachen uſque eſt. Imperii hujus magnitudo comprehendi poteſt ex amplitudine aliquarum ejus partium. Palus Mæotis (quæ tota eſt Imperii Turcici) mille milliaribus in orbem patet. Pontus Euxinus bis mille ſeptingentis milliaribus ambitur. Vniverſum maris Mediterranei (quod ei ſubditum) littus, continet in circuitu octo milliariorum millia. Aegyptus, quæ tota ejus eſt, quingentis milliaribus longior æſtimatur. A Tauriſio iter in ſuo facit Budam uſque, per ter mille & ducenra milliaria. Tantundem ſpacii eſt à Derbento ad mare Caſpium, Adenam ad ſinum Arabicum uſque: à Balſera ad ſinum Perſicum, Tremiſenam in Barbaria uſque, paulò minus quam quatuor milliariorum millia numerantur. In mari nobiliſſimas inſulas Cyprum, Eubœam, Rhodum, Samum, Chium, Lesbum, & alias Archipelagi habet.

Opes.

HOc ſpacio continentur regiones maximæ, & annona abundantes.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Quæ terra enim frugibus ditior Aegypto, Africa, Syria, Aſia eſt? Quæ opulentior, omnique bono affluentio Hungaria, Græcia, Thracia? In hi ditionibus habet Turca quatuor civitates maximarum divitiarum, Conſtantinopolim, Alkayrum, Alepum, Tauriſium. Conſtantinopolis omnes Europæ civitates, populi frequentia ſuperat: æſtimatur enim, in ea plus quam ſeptingenta hominum millia eſſe; quod ſi ita eſt, duas fere Pariſiorum Lutetias æquaret. Alepum eſt maxima Syriæ civitas, & quaſi centrum, quo mercimonia Aſiæ confluunt. Tauriſium maxima Imperii Perſarum (quibus noſtro ęvo erepta eſt) civitas, habet plus quam ducenta hominum millia. Alkayrum, inter omnes Africæ urbes principatum obtinet; non enim ulla alia eſt, quam non longo intervallo poſt ſe relinquat: tamen alii Cano urbem ei magnitudine parem faciunt. Alkayrum quaſi horreum, non ſolum Aegypti, magnæque partis Africæ, ſed & Indiæ eſt, cujus theſauri in mare rubrum, deindeque dorſis camelorum, Alkayrum devecti, diſtribuuntur per regiones, quas mare Mediterraneum alluit. Imperium Turcicum à parvis initiis in magnitudi-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nem Principibus Chriſtianis extimeſcendam excrevit per arma, quibus noſtræ diſcordiæ ipſis percommodæ utilesque fuerunt, anſamq; præbuerunt. Artes bellicæ Turcarum fuere, ſemper paratum inſtructumque eſſe ad offendendum, & præveniendum hoſtem: uti in expeditionibus celeritate admirabili: habere vires in promptu, & quaſi ad manum: uno tempore plura non tentare: non diu cum aliquo belligerare, ne in armis exercitetur: non conſumere tempus & pecunias in expeditionibus parvi momenti: non acquirere, quaſi per ſaltum, ſed pedetentim. Multum quoq; profuit, quod Principes maximæ expeditionum parti præfuere. Aliis quoque artibus uſi ſunt Turcæ, quibus trecentorum annorum ſpacio domus Ottomanica ſibi maximorum regnorum dominium paravit, idque ab anno 1500 ad hoc tempus uſque fere duplicavit.

Regimen.

OTtomannorum regimen eſt plane Deſpoticum. Magnus enim Turca adeo abſolute Dominus rerum omnium intra fines ſui dominii contentarum eſt, ut incolæ ſe ſua mancipia, non ſubditos, nuncupent. Nec ſui quiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quiſquam juris eſt, multoque minus domus, quam inhabitat, aut terræ quam colit, dominus eſt, exceptis aliquibus familiis, in Conſtantinopoli quibus præmii loco, & privilegio, id conceſſum à Mahumete ſecundo fuit. Nec aliquis adeo magnus eſt, ut de vita, non dico de fortunis, aut ſtatu, in quo eſt, ſecurus ſit, niſi quamdiu magno Domino id gratum eſt. In hoc adeo pleno dominio conſervat ſe Turca duobus mediis: auferendo nempe ſubditis arma, deinde ponendo omnia in manu apoſtatarũ, quos in ipſorum pueritia tanquam decimas accipit. Hac arte duo bona conſequitur: primum eſt, quod provincias flore nervoque virorum ſpoliat: deliguntur enim juvenes robuſtiores, armiſque aptiores: alterum, quod his ſeipſum armat, ſecurumque facit: Ianizari enim è gremio parentum in pueritia erepti, hujuſque aut illius curæ traditi, prius quam id advertant, evadunt Mahumetani, nec amplius patrem aut matrem agnoſcentes, dependent prorſus à magno Domino, qui eos paſcit fovetque; expectant itaque ab eo omnia, illaque acceptum illi ferunt.

Vires.

Vires.

TVrcæ robur cõſiſtit in equitatu, peditatu, claſſibus, commeatu, pecuniis. Quod ad pecunias attinet, communi opinione receptũ eſt, ipſum plus minus octo milliones aureorum ordinarii reditus habere. Etſi autem regeri poſſit, ipſum ex adeo amplo Imperio multo ampliores reditus percipere poſſe, id tamen non fit, quod Turcæ nihil aliud animo habeant, nec alterius rei curam gerant quam armorum, quę ſua natura ad excindendum deſtruendumque, quam ad conſervandum ditandumque provincias aptiora ſunt. Turcæ quoque, ut exercitus conſervent, ſuaſque expeditiones contineant, ita ſpoliant populos, ut vix ipſorũ ſuſtentationi neceſſaria eis relinquant: ſubditi itaque, deſperantes, ſe commoditatibus, multo minus opibus (quas labore induſtriaque ſibi parare poſſent) fruituros, agriculturæ commercioque ulterius non incumbunt, quàm eis opus eſt, imo quam ipſa neceſſitas flagitat. Quid enim prodeſſet ſementem facere quam alius meteret? metere quod alius abſumpturus eſſet? Itaque in ditionibus domus Ottomanicæ viſuntur ſylvæ immenſæ, omnia ubique vaſta,

pauciſſimæ civitates populo frequentes, potiſſimaque agrorum pars deſerta jacet. In noſtris regionibus ex populi frequentia oritur annonæ caritas, in Turcia autem ex hominum penuria. Maxima ruſticorum pars moritur ducendo commeatum aliaſq; res neceſſarias, in itineribus quoque per quæ tendunt exercitus: in claſſibus etiam; nam ex decem remigum millibus, qui de domo ſua revelluntur, ut plurimũ non revertitur quarta pars. Pereunt incommoditatibus, mutationibus aeris, laboribus: idque tanto plus accidit, quod quum Turcæ claſſes hyeme ſemper exarment, itaque remiges epibatæque nunquam mari ejuſque incommodis aſſueſcunt. Mercatura deinde, omneque fere commercium eſt in manibus Iudæorum aut Chriſtianorum Europæ, Epidauriorum, Venetorum, Francorum, Anglorum: in tanta ditione, quantam Turcæ in Europa habent, non eſt alia mercimoniis celebris civitas præter Conſtantinopolim, Capham, & Theſſalonicam: in Aſia, quam Alepum, Damaſcus, Tripolis, Adena: in Africa, Alkayrum, Alexandria, Algerium. Reditus ſuppeditat agricultura, eadem artificiis materiam præbet. Artificia mercatu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

ram inſtruunt:deficiente autem agricultura, deficiunt omnia. Etſi autem ordinarii Turcæ reditus eo, quod diximus, majores non ſint, extraordinarii tamen magni faciendi ſunt, præcipue confiſcationes & donativa. Baſſæ enim aliique miniſtri Turcæ exſugunt tanquam harpyiæ ſanguinem ſubditorum, accumulantque theſauros inæſtimabiles, qui ut plurimum fiſco magni Domini cedunt. Exiſtimatur, Abrahimum Baſſam, Alkayro avexiſſe valorem ſex millionum. Multo majorem ſummam habebat Mahumetes Viſir. Occhiali, præter alias divitias tria mancipiorum millia poſſidebat. Sultana, ſoror Selymi II, percipiebat quolibet die bis mille & quingentos zecchinos, incepitque ad peregrinorum commoditatem aquęductum ab Alkayro Mecam uſque: opus profecto immenſum. Magno Domino facile eſt occaſionem arripere, ut cuivis pro libito vitam cum bonis auferat. Donaria ad magnam ſummá accedunt: nemo enim legatus coram ipſo comparere poteſt abſque donis: nemo aliquod munus aut dignitatem momentoſam ſperet, niſi pecunia adſit: nullus à provincia, cui præfuit, aut ab expeditione, quam confecit, vacuis ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

nibus in conſpectum tanti Principis venit, nec tam potenti Principi dantur teruncii. VaivodæMoldaviæ, VValachiæ, Tranſſylvaniæ, conſervant ſe in ſuis principatibus vi donativorum, mutanturque quotidie Vaivodæ VValachiæ & Moldaviæ: dantur enim principatus plus offerentibus, qui, ut præſtent quod obtulerunt, opprimũt populos, rediguntque ad inopiam Provincias. Nihilominus vidimus bellum Perſicum exhauſiſſe Turcæ æraria, & ejus theſauros conſumpſiſſe. Annis poſtremo elapſis tum Conſtantinopoli, tum per omne Imperium Turcicum crevit ſupra quam credi poteſt pretium auri, ita ut aureus duplo plus quam prius valuerit; materiaque auri argentique adulterata adeo fuit, ut Iannizzaris occaſionem dederit ignẽ civitati Conſtantinopolitanæ injiciendi, pavoremque magno Domino, non ſolum aliis, incutiendi præbuerit. In urbe Alepo mutuum 60 millium aureorum nomine magni Domini à mercatoribus petitum fuit. Quamvis autem Turcæ reditus non tam magni ſunt, quam amplitudo Imperii & regionum fertilitas exigere videri poſſet, habet tamen in ſua ditione fructum majoris valoris, quam ſunt ipſi

reditus

reditus, nempe multitudinem Timarrorum vel feudorum: vendicant enim ſibi Principes Ottomani agros, quos bello hoſtibus auferunt, prioribuſque Dominis talem partem (exiguam aut nullam) prout ipſis viſum eſt, relinquentes, reliquum in Timarra, quæ ſunt tanquam Commendæ, repartiuntur, aut dant agros bene meritis militibus dum vivunt, ea lege atque conditione, ut aliquot equos in belli uſus paratos alant. In eo ſita eſt omnis prudentia Turcarum, & cura, quam de conſervando Imperio habent: niſi enim hac ratione militibus telluris colendæ, propter utilitatem, quam ex ea ſperant, cura demandaretur, omnia vaſta jacerent: ipſimet Turcę ſolent dicere, quod ubi magni Domini equus pedem ponit, ibidem amplius herba non creſcat. His Timarris 150 millia equitum parata tenet, qui armis probe inſtructi, eo tendunt, quo Princeps jubet, nec ipſe vel teruncium expendit. Tam magnus equitatus, minoris 24 aureorum millionibus nutiriri non poſſet. Mirandum itaque quod aliqui, reditus Turcarum cum Chriſtianorum reditibus conferentes, tanti membri opum Ottomanicarum nullam faciant mentionem. Fertur,

Turcam, bello quod cum Perſa geſſit, tantum ſibi terræ ſubjeciſſe, ut 40 Timarrorũ millia in ea erexerit, inſtitueritque novum gazophylacium Tauriſii, unde aureorum millio ad ipſum redit. Inſtitutio Timarrorum, & delectus Azomoglanorum (ita vocant juvenes, qui educantur ut fiant Ianizzari) ſunt duo præcipua columina Imperii Turcici. Vtrumq; ad imitationem Romanorum inſtitutum videtur: Romani enim Imperatores utebantur ſuis ſubditis ad bella, conſtabatque ex iis exercitus Prætorianus, qui nunquam ab Imperatoris latere diſcedebat. Tacitus docet, ſelectionem juvenum, quæ ad hunc finem fiebat, Batavis rebellandi occaſionem dediſſe. In Imperio Romano dabantur Timarra militibus in uſumfructum, & in compenſationem bene & fortiter factorum, dicebanturque Beneficia, & qui iis fruebantur, beneficiarii. Alexander Severus conceſſit hæredibus militum, ut iis beneficiis frui poſſent, ea tamen conditione, ut militarent, alias non. Conſtantinus Magnus dedit ſuis Capitaneis de ſe bene meritis hæreditarios agros, qui hactenus vita tenus tantum concedebantur. Feuda in Francia, ex temporariis perpetua facta

ſunt,

ſunt, regnantibus ultimis Regibus Carolovingiis. Dictus equitatus Turcicus, duos effectus valde egregios in Imperio Turcico facit. unus eſt, quod ſubditos tanquam freno ita coërcet, ut non tam cito ſe movere poſſent, quin hos ſicut tot falcones in cervicibus haberent: ſunt enim in hoc per totum Imperium diviſi. alius effectus eſt, quod una eorum pars (dum altera ad continendos retinendoſque in officio populos domi manet) ſemper ad eas quæ occurrunt expeditiones parata eſt. Eſt igitur pro præſidio Imperii, ad coërcendos tumultus, qui oriri poſſent, & pro præcipuo belli nervo. Præter eum equitatum habet Turca penes ſe bonum equitum numerum, quibus ſtipendia pendit: ii in Spachi, Vluſagi, Caripici dividuntur: ſuntque tanquam ſeminaria miniſtrorum & Præfectorum Imperii. Inde enim ordinarie ſumuntur Baſſæ, Beglerbegi, Sangiaci. Præter hos ſunt Alcanzi, & auxiliarii Tartari, VValachi, Moldavi. Altera virium pars eſt peditatus, qui in Ianizzaris conſiſtit: in iis duo conſiderantur, nempe natio, & ſpecialis dexteritas in armis. Quod ad nationem attinet, ordinarie non inſcribuntur albo Ianiz-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

zarorum ex Aſia oriundi, ſed ex Europa. Habent enim illos pro mollioribus, ſicut ſemper fuere, & magis pronos ad fugiendum, quam ad ſtrenue pugnandum : Europæ populi autem ſemper pro bellatoribus pugnacibuſq; habiti fuere. In Oriente Aſiatici milites Turcæ, nomine nationis Turcæ vocantur. Europæ autem dicuntur Rumi, id eſt, Romani. Quod ad dexteritatem attinet, ſeliguntur pueri, in quibus majora indicia roboris, agilitatis & audaciæ apparent. Hæ enim tres qualitates in milite requiruntur. Delectus quoquo tertio anno fit, niſi neceſſitas eum citius fieri urgeat, ſicut bello Perſico accidit, quo bello non ſolum frequentior delectus habitus eſt, ſed etiam Azomoglianis Turcicis uſi ſunt, quod nunquam antea fieri ſolitum erat. Quum ii juvenes Conſtantinopolim adducti ſunt, luſtrantur ab Aga, qui nomen juvenis, quo patre, & ex qua patria ſit, in tabulas refert. Eorum deinde pars in Aſiam minorem (nunc Natolia dicitur) & in alias provincias mittitur, ubi linguam & legem addiſcendo, imbuuntur vitiis & moribus eorum, cum quibus degunt, evaduntque id non animadvertentes Mahumetani. Alia pars diſtri-
buitur

buitur per Septa (quæ Turcæ Seraglia vocant) quæ magnus Dominus Conſtantinopoli & Peræ habet. Aſpectu pulchriores meliuſque compoſiti deſtinantur Conſepto magni Principis. Toto eo tempore, quo ii juvenes Azomogliani vocantur, non habent certum præfectum, nec occupantur præſcriptis exercitiis, ſed hic operam navat colendis hortis, ille fabricis, alius ſervitiis domeſticis, ſimilibuſque aliis rebus. Poſt certum tempus revocantur in Conſepta Azomoglianorũ, (ita vocantur toto tempore, donec albo Ianizzarorũ inſcribantur) traduntur-que Præfectis, qui eos operis manuariis laboribuſque exercent, habenturque ſatis male, quoad victum amictumque: dormiunt in ſpacioſis ædificiis, dormitoriis religioſorum ſimilibus, in quibus luminaria ardentia cuſtodeſque ſunt, ſine quorum permiſſione ſe loco movere non debent. Arcu ſclopetoque ferire diſcunt: cumque in exercitio aliquem habent uſum, adſcribuntur numero Ianizzarorum aut Spachorum: illi non minus quam quinque, nec amplius quam octo aſperos (monetæ genus eſt) percipiunt: hi decem. In album Ianizzarorum adſcripti, in bella aut in præſidia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

eunt, aut manent ad Portam: hi ultimi habent pro ſua habitatione tria loca ampliſſima, ſicut monaſteria: vivunt ibidem ſub ſuis Præfectis claſſis, minoreſque inſerviunt majoribus in expendendo, coquendo, ſimiliaq; miniſteria obeundo, cum magna obedientia & ſilentio. Qui unius claſſis ſunt, vivunt in communi ad unam menſam, dormiunt in atriis longiſſimis. Si aliquis per occaſionem abſque venia foris pernoctaſſet, ſequenti veſpera egregie vapulat, tanta cum diſciplina, ut poſteaquam vapulavit ſimiarum more manus ſui Præfecti deoſculentur. Gaudent Ianizzari multis privilegiis, honorantur, quamvis ſint inſolentiores, timenturque ab omnibus: in profectionibus aut itineribus deprædantur caſas & domos Chriſtianorum, nec vel verbo contra mutire licet: dum quid emunt, pretium pro libitu rebus dicunt: à nullo quam ab Aga judicari poſſunt, nec plectuntur extremo ſupplicio citra periculum ſeditionis, ideoque id raro & valde ſecreto fit: mille regalia habent: aliqui ex eorũ numero adjunguntur legatis cuſtodiendis: alii dãtur peregre proficiſcentibus, maxime cum ſunt honeſtæ conditionis, ut ſecuri ſint in ditione

Turcica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Turcica, recipiuntque Ianizzari bonas ſtrenas: eorum eſt electio Principis: niſi enim ipſi magnum Dominum approbent aut proclament, creatus eſſe dici non poteſt. Vnuſquiſque Princeps adeptus Imperium, dat eis aliquod donativum, augetque ſtipendium. In gravi bello egreditur eorum pars cum ipſorum Aga, aut ſuo legato, ultimiq; omnium confligunt. Apud Turcas munus, cui plures invideant, non eſt quam Agæ: ipſe & Beglerbegus Græciç ſoli non eligunt legatos, ſed magnus Dominus nominat eos. Agæ Ianizzarorum nihil certiori exitio eſſe poteſt, quam eximius Ianizzarorum favor. Numerus Ianizzarorum eſt à duodecim ad quatuor ſupra decẽ millia. Hæc militia noſtro tempore multum eviluit, quia etiam Turcæ in Ianizzaros aſſumuntur, ſicut & Aſiatici, quum primum non alii quam Chriſtiani Europæ admitterentur: deinde, quia uxores ducunt, præter antiquum morem, nec id ipſis vetitum eſt: tum quod propter longam moram Conſtantinopoli (qua non alia urbs magis eſt delitiis dedita) multũ viluerunt ſegniores inſolentes, imo intolerabiles evaſerunt. Dicitur communiter robur Turcicum conſiſtere in hac militia

Ianiz-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Ianizzarorum, ſed alibi oſtenſum eſt hoc eſſe falſiſſimum. Præter Ianizzaros habet magnus Dominus Azappos peditatũ vilem, qui plus ligone quam enſe utitur, magiſque ad hoſtes multitudine delaſſandos, quam ad eos virtute ſuperandos conducit, ſolentque IanizzariAzapporum cadaveribus foſſas implere, iiſque uti pro ſcalis, quibus hoſtium muros ſcandunt. Sicut autem Romani habebant milites legionarios & auxiliarios, (quorum illi præcipui nervi ſuæ militiæ, hi autem velut additamentum vel auctarium erant) ita & Turca equitatum, quem ſtipendiarium habet, & Timarriotas pro robore exercitus æſtimat: Alcanzos pro accidentali: Ianizzaros tanquam legionem prætoriam, Azappos tanquam numerum ducit. Sed tempus eſt, ut duo verba de armatura navali dicamus. Primo, non eſt Princeps, qui majorem opportunitatem habeat inſtruendi claſſes quam Turca: ſylvæ enim Epiri & Ciliciæ, ſed plus aliis Nicomediæ & Trapezuntinæ, tam magnæ ac denſæ ſunt, plenæque altis arboribus fabricandis omnis generis navibus aptiſſimis, ut creditu difficile ſit. Imo videntur triremes quaſi jam fabricatæ ſponte

de

de ſylvis Nicomediæ in pontum Euxinum cadere. Nec deſunt fabri ad copiam illorum lignorum elaborandam: avaritia enim trahit in ſua armamentaria etiam fabros Chriſtianos. Anno ſequenti, poſt illam cladem, quam ad Echinadas acceperat, eduxit claſſem, quæ noſtræ occurrere verita non eſt. Nec unquam Turcæ bonus numerus hominum mari expertorum defuit. Ex triremibus enim, quas pro cuſtodia in Leſbo, Rhodo, Cypro, Alexandria habet: & quod ſuis portubus Tuneti, Bugiæ & Algieræ piratas recipit, poteſt ex iis dum opus eſt, Capitaneos & robur miniſtrorum nautarum & remigum ſuis claſſibus eligere. Quid præſtare poſſit, viſum eſt noſtro tempore in claſſibus, quas habuit ad Meliten, ad Echinadas, & ad Guletam. Habet præterea apparatuum bellicorum maximam copiam: tormenta innumera ſunt. Ex Hungaria abduxit quinque tormentorum bellicorum millia: quingenta eorum acquiſivit in Cypro: Guletę paulo minus. Turcis ſunt tormenta adeo immenſæ magnitudinis, ut ſtrepitus, non ictus, tantum muros demoliatur: tantum commeatus, pulveris pyrii, & globorum habent, quantum ad Meliten oſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

oſtenderunt, ubi exploſa ſunt plus quam 60 globorum millia: Famaguſtæ 118 millia: Guletæ 39 dierum ſpacio furore impetuque tormentorum demoliti ſunt fortificationes à noſtris 40 annorum ſpacio factas. Vltimo bello Perſico, ducebat Oſmanus generalis Turcarum quingenta tormenta campeſtria. Quatiunt mœnia munitionum tot tormentis, continuantq; tanto tempore, tantaque cum vehementia, ut omnia ſolo æquent. Vbi vim non faciunt tormenta, utuntur bipennibus: ubi hæ locum non habent, implent foſſas ligone & battillo: ſi nec hoc ſufficit, implent eas cadaveribus ſuorum militum. Tria habent Turcæ, quæ neminem non terrent: multitudinem hominum inſuperabilem; diſciplinam militarem imperturbabilem, turbari neſciam; commeatuum copiam infinitam. Multitudo ſua natura parere confuſionem ſolet, & ordinarie ceſſere magni exercitus parvis. Sed multitudo frequentiaque virorum in exercitibus Turcicis tanto cum ordine graditur, ut & ſolo ordine minorem ſuperet, qui tamen facilius in ordinem diſponi poteſt, quam exercitus immodicus; ita, ut & numero & arte vincant Turcæ. Eorū diſcipli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

diſciplina militaris adeo probe ordinata eſt, ut ea in re ne Romanis quidem, nedum aliis cedant. Conſiſtit autem eorum diſciplina militaris in pluribus rebus: in parſimonia; ſuſtentant enim ſe modico panis ſub cineribus cocti, & oryza cum pulvere carnis ad Solem deſiccatæ. Prohibentur vino, ſicut quondam Carthaginenſes: decem Turcæ habent in caſtris unum Decurionem, cui ſine refragatione obtemperant: in ipſorum caſtris nec unam fœminam videre eſt: eſt ibi ſilentium mirabile. Tot enim milites reguntur ſignis manuum & vultus, citra verba: Ne noctu ſtrepitum faciant, patiuntur aliquando effugere captivos: inprimis puniunt rixas & furta. Quando progrediuntur exercitus, non auderent excurrere in vineas aut agros: contemnunt mortem, creduntque eam fato inevitabili contingere. Strenuos præmia, ignavos certa pœna manet: nunquam diſponuntur per urbes, nec iis conceditur in iis pernoctare: ut exercitati ſint milites, ſolent Principes Ottomani fere ſemper alicubi belligerari, ut diſciplina militaris non intermittatur. Quum autem diſciplina militaris armis apparatuq; bellico deſtituta nihil ſit, (gigas enim

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quantumvis ferox, ſed inermis, à puero armato vinci poſſet,) Turca in bella tendit tanta cum machinarum & inſtrumentorum bellicorum apparatu, eorumque omnium, quæ eorum tractationi uſuique neceſſaria ſunt, ut nullius alterius rei curam habere videatur. Id cognoſcet is, qui ruinas conſiderabit, quas eorum vires fecere ubi eas explicuerunt.

Principes finitimi.

TVrcæ ad ortum contermini ſunt Perſis, ſecundum lineam, quæ imaginarie duci debet à Tauriſio ad Balſaram uſque: Luſitanis ad ſinum Perſicum: ad meridiem eiſdem Luſitanis: ad mare rubrum Presbytero Iohanni: ad occaſum Seriffo, & regno Neapolitano: ad ſeptentriones Polonis, & familiæ Auſtriacæ. Cum Perſis belligerando abſque dubio Magnus Turca ſuperior eſt: Mahumetes enim II vicit Vſſücaſſanum: Selymus I, & deinde Solymanus ejus filius, in fugam egerunt Iſmaelem & Tamaſum: Amurates III per ſuos Capitaneos abſtulit Perſis totam Mediam, Armeniam majorem, & civitatem Regiam Tauriſium. Quod prævalet, conſiſtit in peditatu, quo Perſa caret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

in tormentis bellicis & munitionibus, quorum Perſa nec copiam, nec uſum habet. Quamvis autẽ Perſæ ſtrenuitate equitatus aliquando in aperto campo Turcas ſuperaverint: tamen ſemper terram perdiderunt: Solymanus abſtulit eis Meſopotamiam: Amurathes Mediam. Nec Perſæ ſolum damnum paſſi ſunt, amiſeruntque ſua, ſed & eorum ſocii. Selymus I ſpoliavit Mamaluchos Aegypto & Syria: Amurathes III deſtruxit prope in totum Georgianos, cõfœderatos Sophy. Turca cum Luſitanis belligerando multo inferior eſt. Rationes enim cum ipſis decertandi conſiſtunt in viribus navalibus, quibus Luſitani in tantum Turca ſuperiores ſunt, quantum Oceanus Indicus ſinu Perſico & mari rubro major eſt. Habent Luſitani in India loca & portus, addam ditiones & dominia, ligno, commeatu, omniq; apparatu nautico referta. Nec deſunt eis potentes Principes auxiliares. E contrario Turca nihil munitum habet in ſinu Perſico, præter Balſeram. Ora Arabiæ, qua uti poſſet, non habet plus quam quatuor oppida, ſatis infirma, & parvæ æſtimationis: itaque hic, ſicut & in mari rubro, claſſem armare valde difficile eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

quod regio prorſus ligno fabricandis navibus idoneo careat: unde illis paucis vicibus, quibus claſſes in mari rubro inſtruxit (quum hoc in ſinu Perſico minus facere poſſit) neceſſe habuit materiam fabricandis navibus ex portubus Bithyniæ & Ciliciæ per Nilum Alkayrum devehere, unde dorſis camelorum Suez (quæ olim Heroum civitas dicta fuit) delata eſt, ubi armamentarium habet. Quoties Turca expeditiones adverſus Luſitanos ſuſcepit, nihil præter dedecus & damnum retulit: nimirum anno 1538 ad civitatem Dium: anno 1552 ad inſulam Armuzium: anno 1550 ad Mombazam, ubi quatuor triremes, & una galeotta Turcica, quæ favore Regis Mombazæ eo in mari manere conſtituerant, captæ fuerunt. Luſitani in id ſumme incumbunt, caventq; ne Turcæ eo in mari pedem figant, & quam primum odorati ſunt Turcas claſſem adornare, mox ipſos aggrediuntur, ideoque ſæpe in mare rubrum abſque reſiſtentia nullo reſiſtente penetrarunt. Presbytero Iohanni in bello prævalet Turca, Ducibus, militibus, armis & munitionibus. Ille ſiquidem Princeps habet ditionem abſque munitionibus, & milites abſque armis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Barnagaſſo enim ejus vicarius ad mare rubrum, amiſit univerſam oram maritimam, eoque redactus eſt, ut tributum Turcæ pendere promiſerit, ut cum eo pacem haberet, firmaret. In Africa habet quidem Turca plures regiones, quam Seriffus: occupat enim id omne, quod inter mare rubrum, & Velez de la Gomera oppidum eſt: ſed Seriffus partem meliorem, ditiorem, fortioremque magiſq; unitam habet. Sed nemo ipſorum alteri bellum inferre audet, propter Regis Catholici vicinitatem. Reſidui ſunt Principes Chriſtiani, qui Turcis contermini ſunt. Primus eſt Poloniẹ Rex. Quid hi Principes contra ſe invicé poſſint, viſum fuit in expeditionibus præteritis. Ab una parte videtur Turca timere arma Polonica: diverſis enim occaſionibus provocatus, nempe regnante Henrico III, bello quod Ivonia, Vaivoda VValachię, cum Turcis geſſit: quo bello multi equites Poloni Ivoniæ militarunt; & regnante Sigiſmundo III excurſionibus Koſacorum, & in motu Iohannis Zamoſci, Generalis regni Poloniæ non vindicavit, nec ſolita ſuperbia ulciſci injurias conatus eſt. Ab alia parte Poloni poſt expeditionem Regis Ladiſlai, non ſolum nullam expeditionem adverſus

Turcas ſuſceperunt,ſed nec VValachis (qui fœdere eis juncti erant) auxilium tulerunt, ſibique quod ad mare Euxinum habebant, eripi paſſi ſunt: ſed Regum Poloniæ potius quam nobilium ejus regni puſillanimitate id accidit. Sigiſmundus I à Leone X ad bellum adverſus Turcas invitatus, Quid multis opus eſt? dixit. Fac Principes Chriſtiani concordes ſint, ego pro mea parte non deero. Sigiſmundus II mente à bello adeo aliena fuit, ut non ſolum Turcas aggreſſus non fuerit,ſed nec à Moſchis irritatus, vindictam ſumere tentarit. Rex Stephanus potentiæ ſuorum vicinorum non iniquus æſtimator, judicabat, cum Turca manus conſerere, rem eſſe periculoſiſſimam: attamen cum familiaribus ſermones habens, dicebat ſe cum 30 peditum millibus, quos equitatui Polonico jungeret, facile expeditionem in Turcam ſuſcepturum fuiſſe, idque meditari quodammodo videbatur. Principes Auſtriaci longiore terrarum tractu,quam ullus alius Princeps, Turcæ contermini ſunt, expenduntq; in præſidia arcium (in quibus cum equitum, tum peditum plus quam 20000 habent) majorem ſuorum redituum partem, auxilioque Germanico ſuis

viri-

viribus conjuncto, magis ad defendendum ſua, quam amiſſa recuperandum imperiumq; dilatandum attenti fuerunt. Ferdinandus Auſtriacus, majore robore quam ſucceſſu, expeditionem Budanam & Poſſegenſem ſuſcepit. Accidit id, non quod ejus vires non ſatis firmæ validæque eſſent, ſed quod agilitate dexteritateq; carerent: id volo, ejus Principis exercitus numeroſos, omnibuſque rebus probe quidem inſtructos fuiſſe, ſed conſtitiſſe ex Germanis & Bohemis, gentibus tardis, lentis, parumque idoneis ad reſiſtendum Turcis, qui in factionibus bellicis expediti dextrique ſunt. Veneti ſunt quoque Turcis mari & terra per multa centena milliaria fininitimi: tuentur ſeipſos adverſus Turcas magis pacis quã belli artib⁹, egregie muniendo ſua loca, fugiendo pericula & expẽſas belli, commercio, donariis: deniq; nihil non faciendo, ne ad manus veniatur ſalvis libertate & ſtatu. Dicam quod res eſt: Quamvis eis pecunia cũ bellico apparatu ſufficiente ſuppeteret, deſunt tamen milites & cõmeatus tanto bello pares. Reliquus eſt Rex Catholicus, inter cujus & Otomanicas vires nón eſt magnæ æſtimationis differẽtia. Regis reditus (loquor de iis quos

 in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

in Europa habet) excedũt reditus Turcæ. Accipit enim plus quam quatuor auri milliones ex ditionib⁹ quas in Italia & Sicilia habet: plus quam duos ex Luſitania: ex terris novis plus minus quam tres milliones, unum annũ pro altero æſtimando. Hæ accepti partes æquant reditus Turcæ. Eſt autem illo longe ſuperior, ſi iis jungantur ordinarii reditus Caſtiliæ, Arragoniæ, Belgii. Sed quid reperies (dicet aliquis) quod Timarris opponi poſſit? Primũ, quod reditus Turcicos longe excedunt, ſuntque ejus multo majores: deinde ſubſidia, quæ Rex extraordinarie, imo magna ex parte ordinarie (ita enim dici poteſt) percipit à ſuis populis, nempe Cruciata (ut vocant) quæ ipſi, quantũ unius regni reditus ſunt, reddit: ſubſidia Eccleſiæ, quibus ipſe centum fortes triremes ſuſtinere poteſt: cadiva officia, quæ in Hiſpania & regno Neapolitano multo plus reddunt, quam quis credere poſſet: donaria ordinaria populorum, & extraordinaria. Regnum Neapolitanum dat quoquo tertio anno plus minus uno millione, & ducẽta aureorum millia. quæ ſumma non eſt parvæ conſiderationis. Sicilia, Sardinia, ducatus Mediolanenſis, Caſtilia, & aliæ ſuæ ditiones, etiam novus Orbis,

bis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

bis, mittunt ſuis temporibus magnifica donaria. Quid dicemus de contributionibus? Caſtilia anno elapſo Regi contributionem octo millionum aureorum quatuor annis perſolvendam conceſſit, quæ ſumma totius Imperii Turcici cenſum unius anni æquat. Relinquo numerum Commendarum ordinum Montegiæ, Calatravæ, Alcantaræ, S. Iacobi, quæ ipſi, quamvis nihil amplius haberet, ſufficere poſſent. Rex tanquam dictorum Ordinum magnus Magiſter, media habet ad ſuos miniſtros, famulos, & quos ipſi placet, remunerandos ditandoſque, ac ſi Rex Angliæ ac Poloniæ eſſet. Addo ſupradictis partibus magnum equitatus numerum, quem ordinarie in ſuis ditionibus alit: in Hiſpania nempe tria millia: tantundem cataphractorum & equitum levis armaturæ in Belgio: in Ducatu Mediolanenſi 400 cataphractos, & mille equites levioris armaturæ: in regno Neapolitano mille & quingétos equites cataphractos, quod majus robur militiæ Italicæ eſt. Militię numerus in Sicilia eſt 1500 equitum. Nec parvi fieri debet obligatio, qua feudatarii, neceſſitate urgente, ſuis expenſis, defendendo perſonaliter ſervire tenentur: maxime ſi conſideretur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

magnus feudatariorum numerus, & Tituloſorum Hiſpaniæ, in qua numerantur 23 Duces, 32 Marchiones, 49 Vicecomites, 7 Archiepiſcopi, (contribuunt enim hi ſuam quotam, tanquā potentes domini) 33 Epiſcopi: in regno autem Neapolitano ſunt 14 Principes, 25 Duces, 37 Marchiones, 54 Comites, 448 Barones: ut nihil dicatur de Luſitania, Sicilia, Belgio, Sardinia, Mediolano. Prætermitti non debet, quod equitatus, cui Turca Timarra conceſſit, non tam robore quam numero præſtat. Timarra enim & commoditates villarum & prædiorum ipſis conceſſorum, ſtudiumque ſeipſos ditandi locupletandique fructibus agrorum, ignaviores, viliores, paciſque & otii plus quam belli & turbarum cupidos eos reddit. Aegre ab ædibus avelluntur, proficiſcunturq; in expeditiones, majore cum deſiderio domum redeundi, fruendique delitiis hortorum, & fructuum ſuarum poſſeſſionum copia, quam confligendi cum hoſtibus, aut ſe ditandi ipſorum ſpoliis. Si aliquantulum prædę armis partæ milites, quamvis feroces forteſque, ignavos vecordeſq; reddit, quid faciet magna poſſeſſio, amœna villa, dives prædium, uxor liberiq; domi relicti. Taceo quod equitatus,

tatus, quem Turca Timarris ſuſtentat, potius populis ſubjugatis tanquã freno coërcendis inſtitutus eſt, quam hoſtibus infeſtandis. Subditi enim Turcę, vi ſub ejus Imperio continentur; habent eum odio, deteſtanturq; eum ob religionem contrariam, & imperium, quod in ipſos habet: propter religioné Mauri & Arabes, qui ſectis diverſis addicti ſunt: propter religionem & Imperium ſimul Chriſtiani, qui plus quã duas tertias partes ejus ſubditorum conficiunt. Ob id, illius numeroſi equitatus major pars domi maneat neceſſe eſt, nec ſine ſtatus regni periculo domo abduci poteſt. Eſt denique is equitatus tanto regionum ſpacio hac illac diviſus, ut magno numero in magnam expeditionem educi nõ poſſit: nec diu in ea, longe à domo, perſtare poteſt, quin in miſeriam & calamitatem incidat, ſi aliud auxilium, quam quod ab Timarris habet, non reciperet. Rerum præteritarum experientia quandam æqualitatem virium horum Principum eſſe docuit: jactura enim claſſis Catholicæ ad Zerbi inſulam, opponitur fugæ claſſis Turcicæ à Melite inſula: amiſſio Gulettæ, opponitur expugnationi Pegnoni Velez: Tunetum ſemper cepit is, qui voluit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Rex Catholicus nullam notatu dignā expeditionem in Turcam ſuſcepit, ſed defendit ſe ſtrenue ad Meliten & Oranum. Nihil dicam de clade claſſis Turcicæ ad Echinades, quod ibi alii Principes partem habuerint. Tractatum fuit utrinque de induciis pro aliquot annis inter Regem & Turcam. Vterque adæque fuit occupatus: unus in Perſia, alter in Belgio. id in cauſa fuit, ut ſe invicem expeditis viribus non potuerint impetere. Bella (de quibus diximus) ambobus, propter regionum longinquitatem, extremæ impenſæ fuerunt, ſed magis Regi quam Turcę. Quamvis enim Perſia longe Conſtantinopoli (unde maxima virium pars mittebatur) diſtet, eſt tamen contermina Meſopotamiæ & aliis Turcæ ditionibus, unde ſuus exercitus commeatu & pecuniis inſtruebatur: ſed Belgium ab aliis Regis ditionibus magno ſpacio diſtat: Turcæ, niſi cum Perſa amicis deſtituto, res fuit, Regi autem uno eodemq; tempore, cum rebellibus Francis, Anglis & Germanis (quæ nationes Perſis potentia inferiores non ſunt) confligendum fuit: nec unquam Turcam aggreſſus eſt, quin aliud bellum, nunc in Belgio, nunc alia in parte continenter geſſerit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

INDEX.

A.

Ærarium Turc. 267
Annorum computatio Turcica. 192
Arabum exterres. 261
Arma Turcica. ibid.

B.

Beglerbegatuum omnium recenſio. 197. nomen. 231
Belli gerendi ratio. 171
Boſna regnum. 84
Bulgari. 83

C.

Chaldai. 261
Chriſtiani. 83. Ex Chr. conſcribuntur auxilia. 21. eorum miſera conditio. 64. tributa, &c. 271
Circaßi. 66.260
Claſſes Turcicæ. 23
Colchorum regio. 178
Coloniæ quomodo fiant. 20
Commeatus navium. 267. Turcici Imperii. 131
Curdi, Chaldai. 26

D.

Daci. 93
Dierum nomina. 196

Diver-

Diverſoria. 16[illegible]
Druſi. 26[illegible]

E.

EXercitus Turcicus. 242. *illius miniſteria.* 263

H.

HEbræorum conditio. 71
Horti. 48
Hungari. 93

I.

IAnitzari. 133.233.236
Imperator Turcarum. 284. *ſedes illius.* 3. *poteſtas.* 4. *ſervitia.* 12.13.216.226. *fratrem occidendi mos.* 41. *ſeptum.* 45. *opes.* 285
Imperatorum ſeries. 105.274
Itinera è Tartaria in Hungariam. 256. *in Perſiam.* 259
Iuſtitia in pace qualis. 31

L.

LEgatos principum excipiendi mos. 47
Legisperitorum Mahumetanorum gradus. 205

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

M.

MAtrimoniorum ratio. 60
Menſium ratio. 194
Militia Turcica. 5.226
Moldavi. 91
Monetæ ratio. 183.233
Moſcovitæ cur Tartaros metuant. 252

N.

NAvalia. 263
Nautæ Turc. 266
Nubendi mos. 60.168

O.

OFficia portæ Oſmanicæ. 12. 13.216. 226. nominumque ratio. 231.233 236
Oſman baſſa caſus à Coſaccis. 260

P.

PAſſa. 18
Phaſis fl. 260.261
Præfecti provinciarum quomodo puniantur. 19
Provinciæ Turcicæ in Aſia. 71. Africæ. 73.75. Europa. 77.83.87.90

R.

REligioſorum Turcarum ſcelerata vita. 207
Remiges Turcarum. 266

S. Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

S.

Sacrorum ritus. 51
Sarmatæ. 253
Sepeliendi mos. 49.167
Serviani. 83
Stamboli, Conſtantinopolis. 232
Stipendia militum & ſervorum. 14. 233.238

T.

Tartari. 95. 250. 253.254 258
Temporum nomina & ratio. 192
Timarrotæ. 16.226
Triremes, earumque neceſſaria. 24. 265
Turcæ qui & unde. 99
Turcarum tyrannis. 17. 128. 141. *reges ſocii & finitimi.* 21.304. *bellicæ virtutes & vitia.* 26. *corpora, ingenia, mores.* 34. *veſtes.* 37. *ædificia.* 43. *natura.* 56. *natura ad dona propendens.* 150. *ſtudia.* 57. *mulieres.* 59. *captivi.* 61. *ſuperſtitio.* 100
Turciæ fines. 1
Turcici imperii comparatio cum aliis regiminibus. 143. 174. *magnitudo.* 116. *robur ſeu vires.* 288. *robur inexpugnabile eſt.* 151. *huius roboris cum Chriſtiani imperii periculoſiſſima conditione comparatio.* 174. *dominium.* 160. *bellica potentia & equi-*

tatus

tatus. 119. *equitatus portæ*. 122. *peditatus*. 123. 223. *vires maritimæ*. 124. *incolæ*. 128. 141. *reditus*. 130. *annona & commeatus*. 131. *munimenta*. 132. *regimen*. 133. 141. 287. *leges*. 137. 140. *religio*. 137. 139. 147. *inclinatio & cauſſæ illius*. 132. 139. 140. 141. 144. 148. 159. 244.

V.

V*Allachi*. 91
Vezirii. 18. 231

X.

X*Enedochia*. 169

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

E
Venditione Dn. Beekeri
in Libris suis
me annumerat
Anthonius [illegible]
Pastor Ecclae Med.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 48